

A

2 - 434



*Ex Bibliotheca  
Leonardi Dickinson*

L.

BIBLIOTECA HOSPITAL GRAN	
Sala:	A
Estante:	2
Número:	434 Thomas Hutchinson



433

BIBLIOTECA HOSPITAL GRAN	
Sala:	A
Estante:	82
Número:	

✓  
J.X

M. ANNÆI  
**LVCANI**  
PHARSALIA,  
SIVE,  
**DE BELLO CIVILI**  
CÆSARIS ET POMPEII  
LIBRI X.

*Adiectis ad marginem Notis T. FARNA-  
BII, que loca obscuriora illustrent.*



*Proprietary stamp of Thomas Hutchinson*

*Thomas*

*Proprietary stamp of Thomas Hutchinson*

*Hutchinson*

*Thomas LONDINI, Hutchinson  
Excudebat RICHARDVS FIELD.*

1618.

6, 13273802  
LACUNA  
CHARSALIA  
CIVIS  
DE BELLO CIVILI  
CEASAR ET ROMANI  
FELIX



818

XXII

NATALIBVS  
CLARISSIMO, VIR-  
TVTIBVS TAMEN  
CLARIORI

V.

VNDI QVAQVE NOBILI.

FRANCISCO STUART

*Equiti Aurato.*



Vis putasset futura tam fa-  
melicæ inuidiz mendica-  
bula, quæ pellem roderent  
vacuum? inuenta tamen  
sunt misella rubiginosi liuo-  
ris propudia quæ in his nu-  
gis (neque enim ipse me-  
lius unquam de ijs existimauit) scabros fatiga-  
bant dentes, vel hinc virulenti fellis pabulum  
captantia aduersus quæ cum mihi difficile esset  
(ut ait ille) habere quotidie bonum stomachū;  
manum sinu recondidi, stylum repressi. recla-  
mantे tum meo ipsius animo, memori honori-  
fici illius affaminis quo me in dedicatione Iu-  
uenalis & Persij dignatus Illustrissimus Prin-  
ceps, mihi semper acerbæ semper honoratæ me-  
motiæ, D. Henricus, ad parem in omnibus Po-  
etis operam seriò hortabatur; tum residem ciu-  
itatæ scriptoris pertinaciæ incusantibus indies

E P I S T O L A

amicis, quamplurimis, doctissimis, probatissimis, quorum omnium de hac qualicunque facultate mea (nisi facilitas potius sit dicenda) siue iudicij fidem, siue amoris erratum cum non licet, autoritatem certe defugere mihi licere semper iudicau. Quamprimum tamē mihi voluntatis tux V.C. de Lucano lustrando atque ilustrando factum est indicium; in malae fidei videri posse verebar, nisi adeo luculentio ampli testimonij munere radatus, lubentiae tam honestae, humanitati tam prolixæ morem gestarem. A qua Euocatus, me utut rude donatum atque Emeritum antiquo ludo & desultoriam scientiarum stylo reddo: conceptisque Comici verbis, Tibi letus lubens, laudes ago, & grates gratiasq; habeo. Verum longè infra merita tua, intra laudes erit, quidquid balbutienti huic infantie paupertinum suggesterit ingeniu, dum dubitat quid primū miretur. Nataliumne fastigatissimum splendorem; an Nobilitati ingenium par; an, quæ virtus que antestat, Virtutem. Cuius multijugæ adreas cumulatissimas sī ad numerum referre velim, frustra animi fuero, ubi quidquid dixerim, minus erit, simul veritus, ne adulatio nis, ad quā, qui me torunt, torunt neque patum neque efficiūt, opinionem incurat ingenuus affectus, video mili modestiarum lusflamine stringendū esse proclive hoc gloriæ curriculum: quam & te scio in conscientia quam præconio positam malle. sedeoque ad Gratias, quas gratas memini tibi V.C. per quem & ipse redij in gratiam cum amicis; his Musis. E quarum facello ecce tibi Lucanum, iam tuum; qui Nobilitate, Scientiæ, ingenti spiritu illustris, illustrius tamen sibi iam gratulatur nomen, postquam redivivus in lucem

D E D I C A T O R I A.

lucem postliminio vindicatus sit à te, non dignitatem tuam deuenustam verito, quod sub nomine tuo publicum indipiscitur. Quamuis, quid est quod te deuenuster? cuius iam auspicijs non è prelo exit poeta, sed in prælia prodeunt validissimæ legiones, viætrices aquilæ, duces summi, totius orbis vires, vates denique ipse Pompeianus, interpres Cælarianus, qui omnes à te victrix omen expectant, momentum expetunt, abundè luculentum virunque; si quidquid contra venerit malignitatis, clarore tuo dispellatur; quidquid in se opus habet obscuritatis, serenitate tua discritiatur; quidquid humilitatis, magnoitudo tua sublimetur. Quæ omnia cùm sperare potius quam petere iubeat tua humanitas, ad quam natus & in quam clarus es, gratæ mentis testi nonia tibi V.C. pleno ore, pleno animo affectum, obsequium, cultum, se denique totum & in æternum consecrat, qui est

*Amplitudinis tue*

*cliens deuotissimus*

THO. FARNABY.



## AD LECTOREM.


Vcani propriū diem frequentet  
Quisquis collibus Isthmiæ, &c.  
Lucanū canimus. fauete linguis.  
Modestius utinam amorem tuum,  
ō Papini, in celebrando Lucani  
natali testatus fuisse! quanquam & hoc ipsum a-  
mantis fuerat, non onerasse amicum laudibus. præ-  
fiscino magis opus erat, quod, tanquam seruus tri-  
umphali currū simul aduectus, Nemesin, gloriae  
enormioris carnificem, à tergo exoraret. Dum enim  
Bætin in certamen cum Melete & Manua prouo-  
cas; amico summam conflauisti inuidiam, neque tu  
Criticorum suggillationes effugisti. ē quibus unue,  
Lucanum igitur, si dijs placet, inquit, etiam Ma-  
roni parem facere auli sunt. qui non tam illius  
magnitudinem, quam suam insolentiam ijs in-  
ceptijs prodidere. Haud facile sanè reperias autorem  
alium tot censuris notatum; ijsq; tam varijs, atque in-  
tantum sibi oppositis, vt non alio vindicis patrocinio  
opus sit auctori nostro, quam suis ipsorum inter se di-  
gladiantium contradicentiumq; Censorum testimo-  
nijs. ē quibus ingenium hi, illi iudicium nostro abdi-  
cant, alijs eum ex albo Poetarum expungere laborant.  
Quintilianus magis oratoribus quam poëtis videtur  
adnumerandus; quem tamen Valerij Martialis bib-  
liopola poëtam putat. Ecce, inquit Petronius, belli  
ciuilis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus  
literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ  
versibus comprehendiendæ sunt, quod longe  
nisiūs

AD LECTOREM.

meliūs historici faciunt, sed per ambages, deorumque ministeria & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus, ut potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religio & orationis sub testibus fides. Iul. Scaliger contrā: Fatemur in illo ingenium magnum. e- quidem etiam plusquam poeticum condonabo. Estrænis mens, sui inops, serua impetus, atque i- cito immodica, raptaque calore simul & calo- rem ipsum rapiens, &c. Proinde, inquit, ut nimis fortasse libere dicam; interdum mihi latrare, non canere videtur. Nimis, profecto, libere, magne Iuli, & licenter, non tamen mordet, quod quidam fuit, examinatis tandem taxatisq; varijs locis, vice co- olarij reducere vis ad tuum temperamentum salu- lam Ante ab illo expressam; quam dum quasi simi- centonem, vii ipse profiteris, contexis, non video ego quid profeceris, nisi (quod aiunt) in dexterius. quod verò parasangis te præuertat Petronij specimen, quis non videt? Heres paternæ Critices Ios. Scaliger, dum ad exactos Mathematicæ canones & calculos reuocat Astronomiam Poetæ, inuestigaliter & de- clamatoriè ei insurgit. immanè quam lena atque i- ratâ arte, dum pedes illius (quod Marillio dicunt), Necesse sibi esse per spinosum locum ambulan- tem suspensos pedes habere, respondit Porcius La- tro non mehercules spinas calcant, sed habeant. Cur autem, qui in virtutib; Lucani perspiciendis tam o- culei & Lyncei sunt, in virtutibus ipsius agnoscen- dis lippi cœcutiunt? inuenias forte idiotismos aliquant & loquitiones duriusculas, transpositiones Hyper- baticas, excursus haud ita multos & diuerticula ac- ceritas, partium favorem, levia in Astrologia & Geographia errata, genti illius omnia, magistris, temporibus imputanda; condonanda cerè etati il-

CANO, CORDVENSIS POETAE, BENEFICI  
O NERONIS CAESARIS FAMA SER-  
VATA.

Scripsit penè puer, ut Papinius docet, Certamen He-  
ctoris, & Achillis: cum cadaveris Hectoris redemptione.  
Fabulam Orphei inferos adeuntis. Incendium vrbis.  
Lauream, & laudes vxoris. Declamauit etiam, & cauas  
orauit. Postremo loco Pharsaliam ardenti animo est ag-  
gressus, sed non perfecit. Primos tres libros, adiuante  
vxore correxit. Septem reliquos, si vixisset, emendatu-  
rus. In ijs ordinem sequitur, quo res gestae sunt. Mens  
eius est, se commendare immortalitati, & civilia bella  
dissuadere. Pharsaliam autem inscripsit, à Pharsalo  
Thessaliæ oppido, in cuius campis Pom-  
peius à Cesare est superatus.



In Lucanum, operà Cl. V.

Thomæ Farnabæi  
reduciuum.

Pharsalicos enses long' a rabigine tinet' os,  
Detersos scero quis genroq; dabis?  
Hic fecit; clypeos qui sic detersit & hastas,  
Ut solitus redeat fulgor ad arma Ducum.  
Pergite Romani medij certare tenebris,  
Lucanus lucem fert nouam ecce nouam.  
Pharsalia multo constabant sanguine pugnae,  
Pharabias sudor fluxit ad usque notas.

In eundem.

Cognatas acies, & multo sanguine iunctas  
Qui cecinit: venas cedere iussu, obit.  
Hinc crux emanat membro prostrus ab omni:  
Proq; uno totum vulnere corpus erat.  
At sanguis redit, redit iam succus virumq;  
Vt Farnaby, reddidit alma manus.  
Hunc non ulcerus depascet dextra Tyranni,  
Diues inexhausto gurgite vena fluit.  
At tu crudelem Vates seclaboris umbram,  
Farnabius iustas admoneatq; faces.

R. A. M.D.

¶¶¶¶¶

Ad V.C. Th. Farnabium, de Lucano  
perpetuis illius Notis explicatio, &c  
in lucem iam prodituro.

**D**VM Vatum Genios chorus Sororunt  
(Vatum, quæs' veteris perennat eis  
Nomen) Caſtalij ad caput liquoris  
Accitos, monuit parare lucem  
Tutelis reliquis, ne singul'arum  
Nodus a tenebre diu morentur  
Lectores timidos, retardat anceps  
Quos seu carminis ordo, seu vetustas  
Docto emblemata turbat inuoluta:  
Hanc est ingenio repertus alter,  
**FARNABI**, potior scientiorum  
Aut præce historie Poëticæve,  
Cui mandetur honos vices gerendi  
Tutorum, & tenebris faces parandi,  
Quam tu, cui veteres reconditiq;  
Ritus ex adytis patent & omnes  
Theſauri ſophie nimis reducisti.  
Muſeum ergo tuum petunt, ſacram q;  
Excepti hofpicio, nec inde cedunt  
Quin, naſti Penetral, ſimil ſecundant  
Votum Pieridum, tuo labore  
Uſi ac aliſdiu tibi viciſſars  
Adſtantes taciti docent ministri.  
Sie ſe rei habet, & palam loquuntur,  
Quid tu diſſimulas? Parum videmus  
Si hiſ non auſpicis magè imputamus  
Tuus quam ſtudij, quod aat Aquinas  
Quod ave alter Satyrâ reductioni  
Qui torquet, radij ſui coruſcent  
Solis, nec lateant, ſaleiq; acuti  
Quoſ iactat Salo; quođque ſic Cothurno  
Reddatur ſua lux, & a ſalebris  
Quod Pharsalica bella detonantem  
Iam purges, Genios quis audet ipſoſ  
Suggeſſiſſe tibi probus negare?  
Tantum non Genios videmus ipſoſ.

I. Selden. I.C.

## Argumentum Pharsalie.

Vn prouinciæ consulares, Hispaniæ Pompeio,  
Crasso Syria & Parthicum bellum, Cæsari Gal-  
lia Germaniaque datæ essent, Crassusque peri-  
isset, & Cæsari in alteram lustrum prorogata esset po-  
testas, decretusque à X. tribubus Consulatus, & Pompe-  
ius Iuliæ defunctâ suspectas haberet Cæsar's opes,  
Marcellus Cos. de Cæsar's successione agere cœpit. Hic  
verò pacatâ iam intra nouem annos viuuerâ prouin-  
ciâ, non abnuebat, modò in proximis comitijs sui ab-  
sentis ratio haberetur. Sed aduersantibus Pompeianis  
decretem est, vt dimisso exercitu veniret, & peteret  
more maiorum. Ille, nisi & Pompeius ab armis cede-  
ret, & nisi decretis staretur, se non dimissurum respon-  
dens, pro hoste habetur. Iratus igitur prouinciâ cum  
exercitu Romanus versus egreditur, tantumque terroris  
vrbi incutit, vt Pompeius cum Senatu Capuam, inde  
Brundisium fugerit, ibi obcessus à Cæsare vix euadit in  
Græciam. Cæsar Romani reveritus ærarium direptum  
suis militibus diuidit. Hinc in Hispaniam contendens,  
Massilia, in via, oppugnatione Bruto delegatâ, ipse Pe-  
treium & Afranium Pompeianarum duces partium, in  
Hispania superauit. Inde Romanus reuersus in Epirum  
traecit, ubi tum rei frumentariæ inopiâ laborans, tum  
à Pompeio pressus ac penè denictus, castra in Thessa-  
liam transfluit. hic acie superatus Pompeius Lesbon  
fugit, inde cum vxore Cornelia in Ægyptum nauigavit,  
fretus Ptolemai regis amicitia: cuius tamen iussu, con-  
silio Pothini interfactus est, spectante coniuge & altero  
filio. Cæsar fugientem Pompeium in Ægyptum sequi-  
tus, ab Achilla regis praefecto in Alexandria obcessus in  
Pharon eus sit, ibi ab hostibus oppressus se è nauicula  
coniecit, ac per ducentos passus ad suam classem ena-  
tauit. mox perfidiam hostium vltus, rege sublato, Cleop-  
atram sororem regis in regnum confirmauit.

M. AN-

M. ANNÆI  
LVCANI  
CIVILIS BELLI  
SIVE PHARSALIÆ  
LIBER PRIMVS.

**B**ella per<sup>b</sup> Emathios<sup>c</sup> plus quam ciui-  
lia campos,  
iusq; datum sceleri canimus, popu-  
lumq; potentem  
In sua victrii conuersum viscera  
dextrâ:  
cognatasq; acies: &<sup>f</sup> rupto fædere regni

a Verè VAFREGA  
māc videtur mihi  
Iulius Cæf. Scaliger  
in Hypereutico suo  
capo. vbi inter alia  
Lucani notat, quod  
peſi no confilio or-  
pus hoc interſcriperit  
Pharsaliæ. Quippe  
ne tamilla quidem  
operis pars illius ea  
regio: vii Ihebas,  
ilias, &c. Quod tamē  
vixit tace dica-  
tur, optimâ ratione  
nomen huic operi  
inditum arbitror  
ab illo loco in quo

Pompeius cum Cæſare de summa rerum dimicant, viciusque  
excentum, toius belli fortuna fecuta est. b Macedoniam olim  
A. Gell. 14. L. 6. c. Plin. 1. 4. c. 10. & Solin. c. 14. Ad Dyrhacium quidem Macedoniam oppidum  
difficilliore pugna certatum est: de bellatum ac et in campis Pharsalicis inter Macedoniam  
& Theſſaliam, dictis à Pharsalo Theſſaliz oppido. Palsim vero noster prouincia hec nomen  
vſtorpar, quod propriæ Macedonia debet. c Cæſaris furor atque Pompei (inquit L. Flo-  
rus. 1. 4. c.) vrbem, italiam, gentes, nationes, totum cœrique quæ patet imperium, quodam  
quasi diluvio & inflammatione corripuit: adeo ut non reſc taurum civile dicatur, ac ne fo-  
ciiale quidem bellum, sed nec exterritum, sed potius comtione quodam ex omnibus, & plus  
quam bellum. d Cui non diuinus Hylas? Quid in sceleri hoc explicando non affumit libri  
quis criticum? Videò quid sentiat H. Grotius: Lucianum scelum sceleribus. Audiu quid monest  
hili moros Veras Poetayt ego arbitror, profiteur velle se bellum civile quod palsi: r. 1. 4.  
v. 16. & 228. 1. 5. v. 3. 1. &c. scelus vocat, c. m. te, idque non temeratio quod am tumulto aut  
coco furore, intra vrbis moenia aut italiam, vt in Syllana modo tempestate aut Cinnana ra-  
bie, fed iulfis, vii pro se ferebant, utrinque cauſis, iulfis exercitus & p. t. l. i. s., pari gratia at-  
que autoritate gefsum, v. 66 iulius lib. Sceleribus nefando nomine erit virtus vide & l. 2. v. 3. 4. 5.  
& l. 3. v. 228. e Hinc inde, scerum & generum, parentes, liberios, frarres, co[n]natos, &c.  
f Qua conuenerat, vt Pompeius Hispanias & italiam, Cæſar Gallias, Crassus Asiam ob-  
eineret. Quod fædus distiluit morte Crassi apud Parthos, & iulius Cæſaris filii, iulii  
ver. 10. 6. &c.

# LVCANI

- g Pompeium feceris Hispanis & Oriente,  
 Certatum & totis concussi viribus orbis,  
 Hisp. & Oriente, b In commune nefas: infestisq; obvia signis  
 Cesarēm Gallij,  
 b Canimus certatum  
 fuisse non sine nela-  
 rō virtusque partis  
 scelere & oppressio-  
 nem libertatis, com-  
 munis salutis adeo.  
 que Reip. interi-  
 tun.  
 i Robur utrumque  
 florit Italicī, iisdem  
 freti auspicij, signis  
 vocalibus ac mutis,  
 virtute pax, pugne  
 genere & armis vni-  
 usdem.  
 k Rom. Imperij in-  
 signia & vexilla.  
 l Pilum erat Roma-  
 norum telum miseri-  
 te, de quo vide Po-  
 lyb. lib 6 & Lin.  
 L. Veget. 1. 2. 21.  
 m Nomini R. infe-  
 stis, Imperij nostri  
 hostibus.  
 n Cumque ē re &  
 gloria nominis R.  
 Russi, cedem Crassi  
 vicisci, spolia & in-  
 signia R. repevere,  
 quibus Crasso adem-  
 ptis sopeblunt iam  
 Parthi & Persae, quo  
 non imperij feda  
 est Babylon opibus  
 & potentiā florens,  
 o Propriè, viatotie  
 monimentis, hostium  
 exuissis in eo loco,  
 quo p̄iāt̄d̄c̄y,  
 i. fuga dare terga  
 exp̄s̄ent, suspensis.  
 p Romanis, Italit, ab Ausone Circes & Vlyssis f. q Circa Stygiam  
 paludem; non admittendus transvehendisque nisi sepulta compos & vindicta. r Bello  
 ciuii vincentibus eullos decemebatur triumphus. s Aetate extore & plagarum eccl &  
 orbis tertiarum. t Scythiz pop. vellere nobiles. Plin. 1. c. 27, Soline. 6. 2, vide infra l. 10.  
 v. 29. u Armeni, Araxis si accola iamquidem vidi suffici. x Et si qui ad Nilum ori-  
 entem accolant, Nil autem fonte ignoravit veritas, quos ē montibus Lunæ in Mænitania  
 Inf. doceunt recentiores. y Hostem, vbi foris celata sit, domi reperiunt, neque solitudinem cosm.,  
 defoliationem & vallisitate exterorum hostium potentiae sur se uitie imputes, sed armis tuis  
 & Roma. z His & ipsa Roma viribus ruit. z Pyrrhus Epitatorum rex in auxilium à Tarentinis  
 secutus, magno Romanis terrori sunt, mari terrâ, viris, equis, incognitisq; in id tempus ele-  
 phantis, neque armis solum sed consiliis & dolis eis aggressis elstandem videt, eis suis ex-  
 evit, ab Italique exaustrav. a Generatier. Pop Carthaginensis, vel Annibal, qui bello Puni.  
 eo secundo, italiam vallauit, reique Romanas attinuit.

Contigit

*Contigit: alta sedent ciuilis vulnera dextræ.*

*b Quod si non aliam venturo fata Neroni*

*Inuenere viam, & magnōque aeternā parantur*

*35 Regna deis, & cœlumque suo seruire Tonanti*

*Non nisi sevorum potuit post bella gigantū:*

*Iam nihil & Superi querimur: d sceleris ipsa, nefasq;*

*\* Hac mercede placent: diros & Pharsalia campos:*

*Impletat: e & Pœni saturentur sanguine manes:*

*40 b Ultima funesta concurrent prælia Munda.*

*His, Cæsar, i Perusina famæ, k Mutineq; labores*

*Accedant fatis: & quas premit aspera, classes,*

*l Leucas: & ardenti m seruilia bella sub Aetna.*

*Multum Roma tamen debet ciuilibus armis,*

*45 Quod tibi res acta est. Te p cum statione peracta*

*Afra petes: serus, & prælati regia cœli*

*Excipiet gaudente q polo: & seu sceptra tenere,*

*Seu te flamnigeros Phœbi conscendere currus,*

*Telluremq; nihil mutato sole timentem.*

*50 Igne vago lustrare iuuet: tibi numine ab omni*

*Cedetur: iurisq; tui natura relinquet*

*Quis deus esse velis, ubi regnum ponere mundi.*

*\* Sed neque in Arctoo sedem tibi legeris orbe:*

*Nec polus aduersi calidus quæ \* mergitur Austris,*

*55 Unde tuam videas obliquo fidere Romanam.*

vbem quo L. Antonius confugerat, Augustos per famem in deditonem compulit. Et Antonius D. Brutum in Murina vbbe Cisalpina Galliae obficit, in quo obsidione leuando veteri que Consul Hiricus & Panca casus est, quem tamen Augustus obsidione liberavit. 1 Insula in finis Ambracio, item promontorium Epiri, inter quod & Actium Octauio Antonium & Cleopatram usuali certamine vicit. 2 Non ferme illud bellum à Syro Eono in Sicilia motum A.V. DC.XY.111, quod nihil ad tem presentem, verum intellige natale bellum in Siculo mari, ad quod Sex. Pompeius concitanerat armaveratque ergastula contra Augustum in quo Sextus vicit in Asiam profugit. 3 Encaulus vita spatiis, & imperio feliciter fuisse. o Longum, p Quod tu præstulisti tensis, q Cœlibus, r Seu Louis, s en Phœbus, t Minus locumque velis, &c. arbitrio tuo permittetur, quis deus esse velis. Imitatio Virg.,  
Georg. Tunc adeo quem mos finis habet. t Non metuentem incendium mutato antiga, ut quandam Phœcōente. t Al Iurique tuus nat. u Relatus vero in deos, & sideribus ad datus noli sedem tibi eligere velis altissimum polorum unde obliquo iugito, impedito, præsumque efficaci Roman conspicias, sed iusta æquatore, vt recto, propinquuo & gratioso vultu nos intuearis. Hic omnia ironice & Amphibologice dicta quidam volunt, vt que Neronem invocant strabum & obesum; sed perspicere videtur in illa invocatione & imitatione Virgiliana. t Georg. Quia locus Arizonen inter Chalybes, &c. x Al. ver-

b Affentatio, quam  
vix excusauerit

Ironia.

c Idque Louis exemplum, ad quem deu-

bris gigantibus fir-

miss coeli denenit

regnum

d Scellos & nefaria

bella ciuilia, que

mox recenter,

e Quod hinc Neroni

ad Imperium Rom.

patnit aditus.

f De campis Phar-

salicis supra in his

depugnatum est in-

ter Pompeium &

Caesarum, mox inter

Ostium Antoniu*s*,  
& Caspereculos.

sed vide inf.v.67.

g Sanguine nostro

inferior referamus

vmbri Carthagi-

nensem, qui be illis

Punicis interierunt,

h Ad Mundam His-

paniz vbrem, Pom-

pelj liberi deuicti

sunt, Cn. Cris, Sex-

tus luga lapus, Pompei

prætorum ex ea, 30

M. Cæsar ut viros

obsideret, & conge-

flis cauteribus ag-

getem struxit,

i Pegeum Thusei

ii Minus locumque velis, &c.

iii Arbitrio tuo permitteatur, quis deus esse velis. Imitatio Virg.,

Georg. Tunc adeo quem mos finis habet.

t Non metuentem incendium mutato antiga,

ut quandam Phœcōente.

u Relatus vero in deos, & sideribus ad

datus noli sedem tibi eligere velis altissimum polorum unde obliquo iugito, im-

pedito, præsumque efficaci Roman conspicias, sed iusta æquatore, vt recto, propinquuo & gratioso

# LUGANI

AEtheris immensi partem si presseris unam,  
 Sentiet axis omnis librati pondera casti  
 Orbe tene medio: pars aetheris illa sereni  
 Tota vacet, nulleq; obstant a Cæsare nubes.  
 Tunc genus humanum positis sibi consulat armis, 60  
 Inq; vicem gens omnis amet: pax missa per orbem  
 Ferrea & belligeri compescat limina Iani.  
 Sed mibi iam numen: nec, si te pectore vates  
 Accipiam, Cirrhea velim secreta mouentein  
 Sollicitare deum, Bacchumq; auertere b Nysa. 65  
 Tu satis ad dandas Romana in carmina vires.  
 Fert animus c causas tantarum expromere reru:  
 Immensumq; aperitur opus, quid in arma fuventem  
 Impulerit populum, quid pacem excusserit orbi.  
 Inuidia fatorum series, summisque negatum  
 Stare diu: e nimioque graues sub pondere lapsus, 70  
 Nec se Roma ferens. f sic, cum compage soluta  
 Secula tot mundi suprema coegerit hora,  
 \* Antiquum repetenti iterum chaos omnia; misis  
 Sidera sideribus concurrent: ignea pontum  
 Astra petent: g tellus extendere litora nolet,  
 Excutiētque fretum: h fratri contraria Phœbe  
 Ibit, & obliquum i bigas agitare per orbem  
 Indignata, diem poscit sibi: totaque discors  
 Machina diuulsi turbabit fædera mundi. 75  
 In se magna ruunt, letis hunc numina rebus  
 Crescendi posuere modum: k nec gentibus ullis  
 d Prima causa, fatalis necessitas que periodum crescendi, & a. n. p. l. u. l. conseruata, iam declinare & ad occasum vergeret coepit. Inuidens Fortuna principi genitium populo, ipsius illum in exilium suum armarunt. Florus l. 1. c. 2. e Suo sub pondere, viribus & ampli odinis mole desatigata, prella, & ruenis. Ipsa sua vires edidit Romana inuentu. Et quas seruit opes, malis su-  
 stinet. Petr. arb. f Non secus atque ipsa universi machina, consummato tandem tempore &  
 quasi aetate sua, solis compagibus, legibus atque lederibus terum, in Chaos & confusam  
 molem, unde initio extraita & concinnata est redditura sit. \* Ita legit Janus Rurgerius, cum  
 vulgati l habeant. Antiquum repetenti iterum chaos, omnia misit Sider. g Litora extensa &  
 opposita non valebant, ut antea, mare coercere & extenuare quo minus terra obrnare.  
 h Lunam non lequebat solem certis & solitis per Zodiacum vicibus: sed contrario iterum  
 motu. i Lunam bigis, solem quadrifigis veli singunt poetæ. k Neque tamen illi exterum  
 gentium permisum est exercere odium suum iniiciamque erga nos.

Commodat

Commodat in populum, terre, pelagiq; potentem,  
 Inuidiam Fortuna suam.<sup>1</sup> tu causa malorum  
 Facta tribus<sup>m</sup> dominis communis Roma, nec unquā  
 In turbam missi feralia foedera regni:  
 ° O malē concordes, nimirūque cupidine cœci,  
 Quid miscere iuuat vires, orbēmque tenere  
 In medio<sup>p</sup> dum terra fretum, terramq; leuabit  
 Aēr, & longi volucent Titana labores,  
 Noxq; diem cælo totidem per<sup>\*</sup> signa sequetur;  
 Nulla fides regni socijs, omnisq; potestas  
 Impatiens consortis erit.<sup>1</sup> nec genib; vllis  
 Credite, nec longē fatorum exempla petantur:  
 Fraterno prīmi maduerunt sanguine muri.  
 Nec pretium tanti tellus, pontusq; furoris  
 Tunc erat: exiguum dominos commisit<sup>r</sup> asylum.  
 ° Temporis angusti mansit concordia discors,  
 Paxq; fuit non sponte ducum: nam sola futuri  
 Crassus erat belli medius mora. Qualiter vndas  
 Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isth-  
 Nec patitur conserre fretum: si terra recedat, (mos,  
 Ionium Ægeo frangat mare: sic zibi seuia  
 Arma ducum dirimens, miserando funere Crassus  
 Affyrias Latio maculauit sanguine<sup>u</sup> Carras,  
 Parthica Romanos<sup>x</sup> soluerunt damna furores.

1 Secunda causa.  
 Fredus trium prin-  
 cipum (quam Varro  
 Tricipitinan appellauit) Crassus, Caſa-  
 ri, Pompeijs, qui o-  
 pibus, dignitate glo-  
 ria & spiritu hore-  
 tes, sibi inimicos  
 conciliati, atque af-  
 finitiae coniuncti in-  
 derunt societatem,  
 ne quid in Rep. agi  
 paterentur, quod ip-  
 si tribus non pla-  
 cuisset, partit iisque  
 provincias & exer-  
 citus, Pompeius His-  
 panias & Libyam  
 per legatos admini-  
 strabat; Crassus, cui  
 Syria contigit, ad  
 bellum Parthicum  
 protectus est; Caesar  
 in petrum Gallie in  
 alterum quinquen-  
 nium prorogatum.  
 ferale autem & per-  
 niciotum extitit hoc  
 imperii ciuii fo-  
 dus, quippe, Nec  
 regna faciunt fert,  
 nec teda sciunt.  
 m Domini s., & rex,  
 nomina incidiſa, &  
 Romanis libertatis  
 assertoribus semper  
 exulta.

n in plores princi-  
 piis libidine transversa  
 pes diuīsi. ° O malē fortū gratiā coniuncti, atque inuidendz Reip. libidine transversa  
 aeti, speratīlne diuternā hanc potuisse fieri πολευροτεχνίας<sup>s</sup> p Quandiu constabent  
 sibi rerum natura foedera, vt aquas subleuet terra inferior, vt aer, quasi orbis aëris q̄ p̄p̄  
 continueat & vndiq; coactet terram, quasi centrū, pondere libitatis suo. v. 91. l. 5. vt sol diuinos  
 annulosq; absoluat cursus, vt nox diei vicissim succedat; tardiū, i. semper, dissident consociati  
 regni foedera. \* Zodiaci, cuius sex signa per vices obscurata admittunt noctem, tanquam  
 in equinoctio. q Neque Argis & Ihebis petenda erunt exempla, ipsa prima viris nostris ru-  
 tu contemptus, quod nouum Vallum transfilijset, & Romulus asylum, in virbe apernatur,  
 quōd omnes qui confugerant in partem & fortunam noua viris instituit. i Modico ad-  
 modum tempore durauit concordia hæc inter Pompeium & Caſarem non sincera; expectan-  
 te vroque dissidiū occasione, t Terza causa. Caſes Crassi apud Parthos, quem, quoad  
 intercedens dirimebat bellum ciuile, non secus atque illimos Achaeus feu Corinthiacos, i.  
 angusta terra inter duo maria, oblat quo minus confundantur & commiscant se Ionium ab  
 Occidente & Ægeum ab Oriente. u Vrbem Mesopotamiz, quo noctu se fugi-  
 ens deceperat Crassus, Charax. x Aperuerunt viam simulatai Caf. & Pomp. erupturæ.

y O Parch! ab Ar-  
sacis authore impe-  
rj. l.s.v. 218.

z Imperij & ampli-  
tudo non fecerat  
duos, non sufficerit  
duobus. ad 110. v.  
intra.

a Quæcūa causa.  
Mors Iulie Cæsaris  
filii, quæ nupta Pô-  
peo & iam granida,  
vbi conjugis vestem,  
temere dominum è co-  
mitiis in quibus, oris  
contentione, exsus  
fuerat. Dñmītij fer-  
rus, delatae crux  
respersam vidisset,  
animi conformata  
& viro suo timens  
abutuero fecit mor-  
tuaque est. Hac im-  
maturā propter  
Remp morte inter-  
cepta, feda & ius  
affligitatis pessimo  
cūillis bellū omiae  
abstulit.

b Cum Sabini ar-  
mis ejus & illatae  
ignominiam vlturi,  
repetebat virgines  
soas à Românis sub  
Romulo raptae. Sa-  
binæ inter veranque  
actionē passis crini-  
bus progesis, pre-  
cibus & lacrymis pa-  
treque viris conci-  
liabant.

c Quæcūa causa. Du-

otiu docum simulatio. Jæc (inquit Florus l. 4. c. 2.) Pompeio suspicq. Cæsari operes, & Cæsari  
Pompeianas dignitas gravis. Nec huc forebas parem, nec ille superiorem. Nefus sic de principatu  
laborabant, tanquam duos tanta Imperij fortuna non capere. d Tu, Pompei, imes, ne noua  
Cæsaris gesta, ac triumphos de Armeniis, Mithridate, Afis, Siculis, Hispanis, Cilicibus piratis.  
e O Cæsar. f In transgredi oportuldi cuimdam in Alpibus, Cæsar dissidente fertur. Mallem  
hic primus esse quam Romæ secundus. Plutarch. & Velleius Patere. g Pompeius semi-  
secun dignitate exequari volebat. i. con. Cæs. h Magna certè Catonis laus, vtpote cñis  
iudicium de iustiore causa conferatur iudicio deorum. verò ut sit Cic. pro Ligario. Nunc  
melior certe ea iudicanda est, quam etiam di adiunxerunt. i Pompeios iam prope sexagenas.  
i. annorum ocio fretus, artes, vñsum, & moia strenui Imperatoris dedidicerat, ex largi-  
tionibus & Iodis capti populi fauores. k Quod ad Mitylenæ theatri exemplar, sed  
multo magnificenter è marmore Roma extruderat, sicut (inquit Florus) Ponticos & Arme-  
nius triumphos in Pompeianis theatris Roma sanctaret, nimis Pompej potentia apud oce-  
sos (et sole) cines mouit inuidiam.

Nec

Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est

1 Arsacide: bellum vltis ciuale dedistis.

Dividitur ferro regnum: & populiq; potentis,

Que mare, quæ terras, qua totum possidet orbem, 119

Non cepit fortuna duos. Nam pignora iuncti

Sanguinis, & diro ferale omine tedas

Abstulit admanes, Parcarum, Iulia, seu

Intercepta manu. quod si tibi fata dedissent

Maiores in luce moras, tu sola furentem

115

Inde virum poteras, atque hinc retinere parentem;

Armatasq; manus excusso iungere ferro,

b Ut generis saceris media iunxere Sabine.

Morte tua discussa fides, bellumq; mouere

Permissis est ducibus: stimulos dedit æntula virtus. 129

d Tu noua ne veteres obscurerent acta triumphos,

Et vltis cedat piratica laurea Gallis:

Magne times: te iam series, vñsusq; laborum

Erigit, impatiensq; loci fortuna secundi.

Nec quenquam iam ferre potest, Cæsar ve priorem, 125

e Pompeiusve parem. quis iustius induit arma,

Scire nefas: magno se iudice quisque truetur:

Victrix causa deis placuit, b sed victa Catoni.

Nec coiære pares: alter virginibus annis

In senium, longoque togæ tranquillior vñsu

Dedidicit iam pace ducem: famæq; petitor

130

Multa dare in vulgus: totus popularibus auris

Impelli, plausuq; sūt gaudere & theatri:

otiu docum simulatio. Jæc (inquit Florus l. 4. c. 2.) Pompeio suspicq. Cæsari operes, & Cæsari

Pompeianas dignitas gravis. Nec huc forebas parem, nec ille superiorem. Nefus sic de principatu

laborabant, tanquam duos tanta Imperij fortuna non capere. d Tu, Pompei, imes, ne noua

Cæsaris gesta, ac triumphos de Armeniis, Mithridate, Afis, Siculis, Hispanis, Cilicibus piratis.

e O Cæsar. f In transgredi oportuldi cuimdam in Alpibus, Cæsar dissidente fertur. Mallem

hic primus esse quam Romæ secundus. Plutarch. & Velleius Patere. g Pompeius semi-  
secun dignitate exequari volebat. i. con. Cæs. h Magna certè Catonis laus, vtpote cñis

iudicium de iustiore causa conferatur iudicio deorum. verò ut sit Cic. pro Ligario. Nunc

melior certe ea iudicanda est, quam etiam di adiunxerunt. i Pompeios iam prope sexagenas.

i. annorum ocio fretus, artes, vñsum, & moia strenui Imperatoris dedidicerat, ex largi-

tionibus & Iodis capti populi fauores. k Quod ad Mitylenæ theatri exemplar, sed

multo magnificenter è marmore Roma extruderat, sicut (inquit Florus) Ponticos & Arme-

nius triumphos in Pompeianis theatris Roma sanctaret, nimis Pompej potentia apud oce-

sos (et sole) cines mouit inuidiam.

135

140

145

150

- Nec reparare nouas vires; multumque priori  
135 Credere fortunæ. stat<sup>1</sup> magni nominis umbra.  
Qualis frugifero quercus sublimis in agro  
Exuuias veteres populi, sacrataque gestans  
Dona ducum: nec iam validis radicibus herens,  
Pondere fixa suo est: nudisque per aera ramos  
140 Effundens, trunco, non frondibus, efficit umbram:  
At quamvis<sup>\*</sup> primo nutet casura sub Euro,  
Tot circum silue firmo se robore tollant,  
Sola tamen colitur. Sed non in Cæsare tantum  
Nomen erat, nec fama ducis: sed<sup>\*</sup> nescia virtus  
145 Stare loco: solisque pudor non vincere bello.  
Acer, & indomitus quod spes, quoque ira vocasset,  
Ferre manum, & nunquam<sup>P</sup> temerando parceret  
Successus urgere suos: instare fauori (ferro.  
Numinis: impellens quicquid sibi summa petenti  
150 Obslaret: gaudensque viam fecisse ruina.  
Qualiter<sup>\*</sup> expressum ventis per nubila fulmen  
Ætheris impulsu sonitu, mundiq, fragore  
Emicuit, rupitq, diem, populosque pauentes  
Terruit, obliqua præflingens lumina flammæ:  
155 In sua iembla furit: nullaque exire vetante  
Materia, magnamq, eadens, magnamq, reuertens  
Dat stragem latè, sparsosq, recolligit ignes.  
Hæ ducibus cause suberant: sed publica belli  
Semina, que<sup>x</sup> populos semper mersere<sup>x</sup> potentes.  
160 Namque ut opes<sup>y</sup> nimias mundo Fortuna subacto  
Intulit. & rebus mores cessere secundis,  
Prædaque & hostiles luxum suasere rapinæ:

<sup>f</sup> Obliqui conortum, oculis offuso lamine, zelum perstringit. <sup>t</sup> In locis ipsius fulminatis templu vel, in cœli concessa. <sup>v</sup> Hæ enim sunt tempa cœli, quod nulli illi materiæ obstante, perrgit & retorquetur, & dissipatam flamnam conglobat. <sup>Isach. Camerar.</sup> u sexta & ultima causa Romanorum vitia, ex divina pace & nimia felicitate luxur in adiuncti, cibis, vestibus, avaritia, ambitione, dominandi libido, scditione, studia partionum, &c. <sup>x</sup> Affyrios, Peras, Lacedæmonios, Caithaïenses, Corinthiæ, Milesios, Asia, molos populos. <sup>y</sup> Asiaticas, Atticas, Ponticas, Cyprias, Corintiacas. Luxuriam polierunt, & censur in aemna furentem Petron. <sup>x</sup> Et hæc mores cœperunt depravari vitæ, quam suadeat <sup>z</sup> Petron. <sup>z</sup> Martial. l. 1. s. 6. ap.

I Quod ob seruum  
gestarum magnitus  
dinem consecutus  
est, salutatus primus  
à Sylla exercitu no-  
mine Magni.  
m Spolia,  
et vaðimata,  
tropza.  
n Primo quocunq;  
vento casum mi-  
nata.  
o Al iora usque pe-  
tens Cæsar (in quo  
Patriculus) sopita  
humanam & naturam  
& fidem evictus, dux  
erat bello petulans,  
ciuis in toga  
(nisi vbi verebatur  
ne quem haberet pa-  
reum) modestissimus.  
p Temere cruen-  
tando, vbi res vim  
& armis posceret,  
insta l. 3. v. 4. 39.

\* Ita Seueca de Xer-  
xe. Divine atque hu-  
mana impellen tem  
et mutantem quic-  
quid obfisterat, tre-  
centi flare inferunt.  
l. 6. de Benef. c. 31.  
q Ex opinione Ze-  
bonii, qui fulmen  
volvi esse validam  
incensio nem in nubil-  
bus inter se vi ven-  
torum collis etru-  
mentum & vehementi  
et coni inspetu ad  
terras ruerentem,  
& Proculit lucem,  
vel, clarote suo &  
fulgora diei lucem  
superauit.

- a Vals aureis, vel.  
 Hendaris Auratis  
 teatis, lacunaribus  
 auro residentibus.  
 b Veterum Rom.  
 hominum continen-  
 tium & frugalium  
 cibi iam satiditi,  
 Ingenuis gula ebs.  
 Sicut scarus, &c.  
 Petron, vel ipsa m.  
 f. Nil rhombus, nil  
 dana sapia, nisi su-  
 fines orbes Grande  
 ebri è circa fallat,  
 &c. lunena, i. Sat.  
 & nofer, i. adib. Or-  
 bes sector A: lantide  
 fissa. Et Petronius,  
 Ecce Asia eruca ver-  
 ra Ctesia menja.  
 c Malaria, vestes te-  
 xicas & bombycinas  
 que formidans vix in-  
 dulciorum imp-  
 fere sibi. Et tui noua  
 morsu[m] vicia. Quae?  
 zonam querimus? c.  
 etron. i. id.  
 d Que strenuus &  
 egregios olim pro-  
 duxit viros. Fabricii,  
 & incompeta Curios  
 capillo, videntem bello  
 tulit, & Camillum  
 Seus proposito. & a  
 metu apto excolore  
 fundit. Horat. lib. 1.  
 ode 12. & Val. Max. I. 2. c. 4. e Anum. luxus, omnianque vitiiorum materia. Lacedemo-  
 nij alijque gentibus fatalis. f Iam non contenti agellis, quos virti continentissimi. Ca-  
 millus arant, Coriolis fudit, censentes illum perniciosum esse cauem cui non sufficerent 7 in-  
 gerer; extendebant hos agros quicque ad ignotos sibi colonos, vicinorum coemptione &  
 adfessione. vel, ipsi non sua manu agros colebant, sed alienis colendos elocabant. vel latifun-  
 dia in prouincia sub ignotis colonis possidebant. g Ab hoc fastu & luxu factiles erant ad  
 iras, vindicandasque iniurias; hinc pro leui erat omne aggredi nefas, ad quod sua egestas atque  
 alieno grauus os impulerat. vel, preccata, quæ quis è senioribus atque egenis designaret pro  
 vili & leui habebant, grandia aggrediebant sceleria, vistumque est deos magnum, &c. vt seq.  
 h Quod quicque porrigit, licuit. i Coll. & Senatus ferrebat leges. Tribani & plebs, plebis-  
 citi, scunt p[ro]p[ter]e. k Tribuni contra nientes quam Coll. omnia confundebant iura, i Con-  
 sulatus cuius insignia fasces & securis, venalis factus est; dum populus fautoris sui auflion-  
 tor, largitionibus potentium corruptus suffragia vendebat, nec sine conventione & rixis, non  
 zarò ad eodem viisque in Campo Martio, quo Cal. lauans ad comitia descendebat. Eupique  
 Quirites. Ad praedictum frēp[er]diumque iacri suffragia versunt. Utendu[nt] populus, venalis curia Pa-  
 tria, & i. finis in pretio. Petron. Arb. m Gemini deprexsem gorgite praedam Fazoris illuas  
 vistumque exederat aria. arbitrator. n Labefactata credito. o Qui re profigata & perdita mis-  
 eri omnia turbarique cupiebat; opesque ex bellis civilibus, proscriptionibus & auditionibus  
 sperabant, p Concepserat, q Flumij qui Italiam à Gallia citeriore distinxerat.

<sup>r</sup> Ingens

- 165 \* Ingēns visa duci patrie trepidantis imago,  
Clara per obscuram vultu māestissima noctem,  
Turrigerō canos effundens vertice crines,  
Cesarie lacera, nudisq; adstare lacertis,  
170 Et gemitu permista loqui: Quò tenditis ultrà?  
Quo fersis mea signa viri? si iure venitis,  
Si ciues<sup>u</sup> bucusque licet. Tunc perculit horror  
Membra ducis, riguere come, gressumque coercens  
Languor in extrema tenuit vestigia ripa.  
175 195 Mox ait: <sup>x</sup> O magna qui mania prospicis urbis  
Tarpeia de rupe tonans, <sup>y</sup> P̄brygijq; penates  
Gentis Iuleæ, & <sup>z</sup> rapti secreta Quirini,  
Et residens celsa <sup>a</sup> Latialis Iuppiter Alba,  
<sup>b</sup> Vestalesque foci, summique <sup>b</sup> numinis instar  
200 Roma, faue cæptis: non te furialibus armis  
Persequor: en adsum victor terraque, marique  
Cæsar, ubiq; tuus. <sup>(liceat modo)</sup> nunc quoque miles.  
Ille erit ille noscens, qui me tibi fecerit hostem.  
Inde moras soluit belli, <sup>d</sup> tumidumque per amnem  
205 Signa mouet properè, sic cum squalentibus aruis  
AEstiferae Libyes viso Leo comminus <sup>e</sup> hoste  
Subsedit dubius, totam dum colligit iram,  
Mox vbi se saeuæ stimulauit verbere <sup>f</sup> caude,  
Erexitque iubam, & vasto graue murmur biatus  
210 Infremuit: tum torta leuis si lancea Mauri  
Hæreat, aut latum subeant veabula pectus,  
<sup>g</sup> Per ferrum tanti securus vulneris exit.  
Fonte cadit modico, paruisq; impellitur undis  
<sup>h</sup> Puniceus Rubicon, cum feruida canduit æstas:  
215 Péryque imas serpit valles, & Gallica certus

nes penates, q; per quos penitus spiramus, è gente autem lili Cæsar originem duxit. <sup>i</sup> Se era mysteria Romuli in colun translati, Plutarch. in Romulo. <sup>a</sup> Cui tanquam Larj pre-  
sidi sacra in monte Albano dedicavit Aeneas, statuam, ferias, venerationem. <sup>b</sup> Ignis,  
quem è Troia ab Aenea in Italiam aduenit, virgines inextinctum conferuant in Velle te-  
plo, hoc à Numa ex Alba translatum. <sup>c</sup> Etiam nunc quum videat arma contra te ferre,  
propaginato tamen tuus defensorque sum. <sup>d</sup> Imbitib; & resolutis nimbus anctum, mox  
v. 217. e Venatore. <sup>e</sup> Cauda, quæ animi index, crebro itu se flagellat, atque ad iracun-  
diam excitat. Plin. 8. g Per ipsum, quo transfigitor, veabulum in venatorem ruit. <sup>h</sup> A  
colore terz, vel allusum ad Erymon. Alij leg. Pannicos.

t Videtur hocfa-  
finxisse poeta ex eo  
sonnio, quo Cæsar  
(vt refert Plotar-  
chus) sibi vision est  
mati stuprum in-  
ferre, vide sis, offen-  
tiam, quod Cæsar ad  
Rubiconem cunctant<sup>z</sup>  
& cogitabundo fa-  
ctum est, apud Sue-  
ton. 32. c. iul Cæs.  
f Propter antiquita-  
tem.

t Ob discordiam.  
u Ad Rubiconem,  
in columnæ creâla  
insculptam erat se-  
natos consulfum,  
quo cautum est Ne  
enī ultra ires fines  
arma profere li-  
ceret.

x O Iupiter qui so-  
leris in monte Ca-  
pitolino, cœu Tar-  
peio, dicto à Tar-  
peia Vestali, quæ ibi  
obruta est scatis Sa-  
binis, ex pædo pro-  
ditæ arcis Jupiter  
omnipotens, & tu Sa-  
turnia Tellus, &c.  
Tellor ad hanc acies  
inclusum arcessere  
Martem, Inclusas me-  
ferr manuæ, &c.  
Cæsar apud Petro-  
num.

y Quos Troiae flam-  
mis eruptos secum  
in Italiam Aeneas  
duxit. Apollineas  
& Neptunum vt  
quidam volunt, vt  
alij Misernam,  
Iouem, Iunonem,  
hæres aeris regio-

*i. Men'e lantario.*

*ii. Alij leg. hanferat.  
qua leq grauido cor-  
nu, h.e. aquis pleno.*

*iii. Tertia luna ab in-  
teriori, que ferè  
pluvia est, vel quid  
si intellegamus, plu-  
vialis ianuæ des noctes?*

*iv. Nives ex Apenni-  
nis Alpibus.*

*v. Equales primus  
ingredi ianuæ, su-  
minus impetuū si-  
quunt, que tutiles  
traieant pedites.*

*vi. Et Senatus Con-  
sulto, vix p. v. 93.  
Sequa Rubicon ut-  
minus erat prouincie  
Cæsaria.*

*vii. Violata, Consec-  
tui cohortes (noq[ue]  
Eutocios) ad Rubi-  
conem fl. qui pro-*

*xi. nunc eius fuit e-  
rat, paulum conſi-  
tit; ac reputans quā-  
tum molestaret, con-  
serfis ad proximos,*

*xii. nam inquit,  
regredi possumus:  
quid si ponticulum  
transferrimus, omnia  
arma agenda erunt.*

*xiii. Cunctant ostentum  
tale factum est, &c.  
Tunc Cæsar, Easur,*

*xiv. inquit quo deorum  
offerta & minimo-  
rum iniquitas vocet.*

*xv. Iulta est alia. Sutor*

*xvi. Cæs. & Ap-*

*xvii. pian. 1. de ciu. bello.*

*Judice fortuna cades*

*al. Cæs apud Petronium.*

*q. Al. vindict. r. Lapis missus e funda Balearica. Paleæ in-*

*sula duæ sunt in mari Mediterraneo Gymnase olim diææ, hodie Majorca & Minorca. qua-*

*rum incolæ erant fonditores pretissimi, quibus id vnum ab infantia studium.*

*Cibum puer*

*à matre non accipit, nisi quem ipsi moniti ante percus- it. Flor. 1. 3. c. 8. s. Parthi dum se*

*fugere simulant, sagittas ab inguis ducatas in hostem à tergo mittunt. t. Vimbris vebem,*

*in Flaminia via. u. Oriente Sole stellas obflueantur quæcumque vellimus existat Linceus. x. Sen-*

*atorum voluntate eneunt hoc ciuilis tempestatis signum, sicut indicat ab Aulstro nubibus;*

*morsu&vitio erat. sic initio l. 7. y. Cæsaris milites, iusq[ue] occupato foro clasifica canere,*

*aquilas ponere. z. Impios belli ciuilis concentus. a. Somnent. b. Obvia quæque de*

*templorum parietibus suspensa armæ rapient. e. Dissolutos, viriueas sc. crates costio à*

*battis & vetustate exco nudatas.*

*Limes ab Ausonijs disternat arua colonis.*

*i. Tunc vires præbebat hyems, atque auxerat undas*

*ii. Tertia iam grauido pluuialis Cymbia cornu,*

*Et madidis Euri resolute flatibus m. Alpes.*

*iii. Primus in obliquum sonipes opponitur amnem*

*iv. Excepturus aquas, molli tum cetera rumpit*

*Turba vado fracti faciles iam fluminis undas.*

*Cæsar ut aduersam superato gurgite ripam*

*Attigit, Hesperiae veitius & confitit aruis,*

*Hic, ait, hic, pacem, & temerataque iura relinquo; 225*

*Te Fortuna sequor: procul hinc iam fœdera sunto.*

*Credidimus fatus, utendum est q. iudice bello.*

*Sic fatus, noctis tenebris rapit ogmina duclor*

*Impiger, & torto Balearis verbere funde*

*Ocyor, & missa Parthi post terga sagitta:*

*Viciniusque minax inuadit Ariminum, ut ignes*

*Soli lucifero fugiebant astra relicta.*

*Iamque dies primos belli visura tumultus*

*Exoritur: \* seu sponte desum, seu turbidus Auster*

*Impulerat, magiam tenuerunt nubila lucem. 235*

*Constitit ut capto iussus deponere miles*

*Signa foro, stridor lituum, clangorque tubarum*

*\* Non pia concinuit cum rauco classica cornu.*

*Rupta & quies populi, stratisq[ue] excita iuuentus*

*Diripiunt sacris affixa penatibus arma,*

*Quæ pax longa dabat: nuda iam cratæ & fluentes*

*Inuadunt clypeos, curuataque cuspide pilæ,*

*Et scabros nigrae morsu rubiginis enses.*

220

245

250

255

260

265

235

240

245

*Vi nocte fulsere aquile, Romanaque signa,*

245 *Etcelsus medio conspectus in agmine Caesar,*

*¶ Dirigere metu, gelidos pavor alligat artus,*

*¶ Et tacito mutos voluunt sub pectore questus.*

*¶ O male vicinis hec maenia condita Gallis!*

*O tristi damnata loco! pax alta per omnes,*

250 *Et tranquilla quies populos: nos preda furentum,*

*¶ Primaque castra sumus. melius Fortuna dedit' es*

*¶ Orbe sub Eoo sedem: gelidaque sub' arte lo,*

*¶ Errant' esque domos, Latij quam claustra tueri.*

*Nos primi Senorum motus, Cimbrum qu' ruentem*

255 *Vidimus, & Maitem Libyes, cursusque furoris*

*Teutonici. quoties Romam fortuna lassit,*

*Hac iter est bellis. gemitu sic quisque latet;*

*Non ausus timuisse palam: vox nulla dolori*

*Credita: sed quantu, volucres cum bruma coecet,*

260 *Rura silent, mediisque iact et sine murmure pontu;*

*Tanta quiet. Noctis gelidas lux soluerat umbras:*

*¶ Ecce faces belli, dubiaeque in praelia menti*

*Vrgentes addunt stimulos, cunctaque pudoris*

*Rumpunt fata moras: iustos Fortuna laborat*

265 *Esse ducis motus. & cassas inuenit armis.*

*Expulit anticipi discordes urbe Tribunos*

*¶ Vtlo iure minax iactatis curia Gracchis.*

*Hosiam mota ducis, vicinaque signa fetentes*

*¶ Audax venali comitatur Curio lingua:*

*Verbum Romanos occurrentes ad Aliam & profigant, Romanam contendunt, quam diripiunt,  
dirunt, incendunt, Capitolium & menses obdident, tandem Camilli interueni Roma libe-  
rata est. A. V. 265. o Cimbri è Germania Cherones & Teutones post muli o Rom. coi-  
& procul cum exercitiis fusos, à Mario, vilius tandem easque suos. A. V. 2, divisum posuit  
eos poeta, quod diuersis pagis & diuerso itinere superiunt. p Secundum bellum Pa-  
nicum, quanquam non huc iter erat Annibali. Alibrabali forte. q Indigebantur hac Ali-  
minenses, sed tacite, comparatione ducia ab aribus hyberno frigore confitit, & a maris  
medii tranquillitate, r Q. Caisius & M. Antonius trib. pl. à Marcello & Lentio Coss. Se-  
natus excedere iussi, quod pro Cæsare intercederent, vrbe egredi, noctu, conducto carro,  
semilique vesti amicti ad Cæsarem profugerunt, & eum ijs Curio de quo L. v. 790. erat au-  
tem is eo tempore Rauenus, ut haberet Caesar. s com. expeditaque suis levissimis portu-  
latis seipuis. f Violato Tribunicia potestatis sacrofando iure. t Senatus, ex-  
probrat Tribunis Gracchorum seditione, his eum exiitum interminans est, ni coris dif-  
cederent. n Curio super Trib. pl. Cæsari insellus, pgo lo acceptus, ad dicendum pas-  
tituus, plurimo arte alicui grauatus à Cæsare lenabatur, siquaque siatum partium.*

d Ariminenses,

e Hypallage, vel la-  
ge. illi sacrum mata  
vol.

f O verbum nostrum  
m'le sicum contra  
Galliam, & in cardi-  
nibus italicis, ex officio  
tam omnibus qui

Italiani invaserint.

g Frumentum oppidum  
ia quo beatis: castra  
ponit.

h Sub entra nimis  
propinquus soli, in ter-  
ra ut veteribus cre-  
ditum) domibus ne-  
gata.

i Vel sub gel. con-  
junctione copulatiq.  
frequenter al uero  
vnguata pro difusa-  
tius.

k Quid latu mundu  
nebulis malisque in-  
puer et. l

l Scytharum

dpxz obixay.

vel etiav. Nomadi.

Numidiorum Quara

plaustra varas rhe  
trahunt danos.

m Faues & limites

Italiz.

n Hi vlti iniuriam

Fabii legati, qui con-  
tra ins genti Gal-

lorum docem hastam  
traicerat, exercitu

a Clasio movent se

medu

minenses, sed tacite, comparatione ducia ab aribus hyberno frigore confitit, & a maris

medii tranquillitate, r Q. Caisius & M. Antonius trib. pl. à Marcello & Lentio Coss. Se-

natus excedere iussi, quod pro Cæsare intercederent, vrbe egredi, noctu, conducto carro,

semilique vesti amicti ad Cæsarem profugerunt, & eum ijs Curio de quo L. v. 790. erat au-

tem is eo tempore Rauenus, ut haberet Caesar. s com. expeditaque suis levissimis portu-

latis seipuis. f Violato Tribunicia potestatis sacrofando iure. t Senatus, ex-

probrat Tribunis Gracchorum seditione, his eum exiitum interminans est, ni coris dif-

cederent. n Curio super Trib. pl. Cæsari insellus, pgo lo acceptus, ad dicendum pas-

tituus, plurimo arte alicui grauatus à Cæsare lenabatur, siquaque siatum partium.

Vux

Vox quondam populi, libertatemque tueri  
 et volunt quidam.  
 sed inter se committere, propter partium  
 plenum *Ausus*, in  
 era conditione a pri  
 uatorum regere,  
 laborabat enim, ut &  
 Pompeius exercitus  
 deponeret.  
 y Proddiximus, ut  
 tibi imperium in al  
 & erum quinquennium  
 prorogaretur.  
 z Quandiu licuit  
 mihi è suggesto (co  
 stris namum Antia  
 cum exulto) conci  
 onem ad popl, abe  
 re eomque tibi con  
 ciliare, ad partes tuas  
 infestare.  
 a Postquam leges vi  
 oppressa inter arma  
 silvare, Imperiumq;  
 à Senatu & Coll. de  
 latum est Pompeio,  
 tribuni Cura cieci.  
 b Nos restitut.  
 c Sed naturè facta  
 opus est, ut impara  
 tos aggrediaris.  
 d labore eodem  
 quo Gallos debeli  
 issi, Roman tibi  
 subiectis, coturone  
 terrarum orbem.  
 e Decem quidem  
 annorum Imperium  
 decretum Casari fo  
 erat, sed pacata iam  
 intra 9 annos Gal  
 lia, C. Marcellus ad  
 Senatum retrulit, ut  
 Casati ante tempus  
 succederet, ita in  
 pterat anni decimus.  
 f Negatur tibi de Gallia deuisa triumphum agere, imò vix  
 impunè seies bene gessum bellum.  
 g Lato coronati triumphantes ascendebant Ca  
 pitolum, & ipsum lauro ornatum.  
 h Pompeius quasi rex non admittet Casarem so  
 cerum summe in partem dignitatis, supra ver. 126.  
 i Certantes equos adhortationem &  
 gloriam intelligere scribit Plinius.  
 k Equas in certamine Olympiaco, prope  
 Eridem Achaiae oppidum.  
 l Loco, vnde celetur, vel curru dato signo profilent.  
 m Tero lente & impellat obices & funes *et* *et* *et*, que prouolaturum coegerant.  
 n Militum contuberina, l. v. 50 & ordines, centuaria, legionis decimae tertia, hanc enim e  
 vocauerat, reliquæ nondum connenerant.  
 o Marmur, tremunt.

PE  
 270 300 M  
 H  
 V  
 S  
 CC  
 305 A  
 I  
 L  
 M  
 G  
 310 N  
 T  
 Z  
 S  
 315 d  
 e  
 L

Vox quondam populi, libertatemque tueri  
*Ausus*, & armatos plebi & miscere potentes.  
 Vtque ducem varias voluentem pectore curas,  
*Confexit*: Dum voce tuae potuere iuuari  
*Cæsar*, ait, partes, quamuis nolente Senatu,  
*Traximus* imperii, tunc, cum mihi Rostra tenere  
*Ius erat*, & dubios in te transferre Quirites.  
 Sed postquam leges bello silvare coactæ,  
erant, ad Cefiam in-  
clinant.

s. Celtiberos.

t. In vltiore His-  
paniam.

n. De tentia vigilia  
Afranius atque Penteins casta monerant, omnibus copijs Sicorum transferant, ad Iberum re-  
cto maturant itinere. Quod ubi Cesar per exploratores cognoverat, duas Afranianorum  
legiones Sicorum traxisse, castra ad Otiogesam oppidum ad Iberum posuisse minuta, ibi  
nanas conquisitas e quibus iusl ponte fado exercitum traherent: ille equites huius  
multo operi vix aversum tentare & transire iusl, magna lumentorum numero in flumine su-  
pra aquæ infra constituto & pedites transire auctor traxisse. x Pons enim magnum circui-  
tum habebat, y Trancare. z Et persequendi hostis studio se alto & rapido flumini com-  
mitent milices Cx, quod vel ipsi fugientes è bello vix tentassent. a Vdi gelidique à tra-  
fessione corpora reficiunt cursuque calefaciunt ad meridiem vixque, ne defelxi prælio obici-  
antur. b Equitatus Cesari nouissimum hostium agmen consequitus, premere eos, morari,  
agone iter impeditio cepit. c A millibus passuum quinque campetriss itineris, explorato-  
res, retulere, montes, difficilia atque angusta loca excipere, laborabat itaque Cesar ne Afra-  
nianis his angustijs occupari & suis prohibitis, exercitu Iberum tralesto, è manibus dimisi  
bellum transferent in Celtiberos & remotas gentes. d Afraniensis, e Angulifl, Furcis.  
f Nolite pati hostem, bellum, certam victoriam vobis eripi per fugam, g Ne pereant ig-  
nani & fugientes acceptis in tergo valueribus, connectite, excipiuntque aduerso pectore  
gela.

F Ac ne quid Sicoris repetitis audeat vndis,  
Spargitur in sulcos, & scisso gurgite riuis  
Dat poenas maioris aquæ. Postquam omnia satis  
Cesaris ire videt, cellam Petreius Ilerdans  
Deserit: & noti diffusus viribus orbis,  
Indomitos querit populos, & semper in arma  
Martis amore feros, & tendit in ultima mundi.

" Nudatos Cesar colles, desertaque castra  
Conspiciens, capere arma iubet: nec querere ponte,  
Nec vadet, sed duris & fluuium superare lacertis.  
Paretur: rapuitque ruens in prælia miles,  
Quod fugiens timuisset, iter. mox vda receptis  
Membra souent armis, gelidisque à gurgite cursu  
Restituant artus, donec decreceret umbra  
In medium surgente die. b iamque agmina summa  
Carpit eques, dubiisque fugæ, pugnæq; tenentur.

c Attollunt campo gemine iuga saxea rupes  
Valle caue media: tellus hinc ardua celos  
Continuat colles, tute quos inter opaco  
Anfractu latuere vie: quibus d hoste potito  
e Faucibus, emitti terrorum in deuia Mariem,  
Inq; feras gentes Cesar videt. Ite sine ullo  
Ordine, ait, raptumque fuga conuertite bellum,  
Et faciem pugnæ, vultusque inserte minaces:  
g Nec liceat pauidis ignava occumbere morte:

160

185

190

195

200

205

210

215

220

225

230

235

240

245

250

255

260

265

270

275

280

285

290

295

300

305

310

315

320

325

330

335

340

345

350

355

360

365

370

375

380

385

390

395

400

405

410

415

420

425

430

435

440

445

450

455

460

465

470

475

480

485

490

495

500

505

510

515

520

525

530

535

540

545

550

555

560

565

570

575

580

585

590

595

600

605

610

615

620

625

630

635

640

645

650

655

660

665

670

675

680

685

690

695

700

705

710

715

720

725

730

735

740

745

750

755

760

765

770

775

780

785

790

795

800

805

810

815

820

825

830

835

840

845

850

855

860

865

870

875

880

885

890

895

900

905

910

915

920

925

930

935

940

945

950

955

960

965

970

975

980

985

990

995

1000

- Excipiant recto fugientes pectora ferrum.  
*Dixit: h̄c ad montes tendentem praeuenit hostem.*  
*Illi ex quo paulum distantia vallo*  
*Castra locanti postquam spatio languentia nullo*
- 170 *Mutua conspicuas habuerunt lumina vultus,*  
*Et fratres, natōsque suos videre, patrēsque;*  
*Depressum est ciuile nef. & tenuere parumper*  
*Ora metu: tantum nutu, molōque salutant*  
*Ense suos. mox ut stimulis maioribus ardens*
- 175 *Rupit amor leges, audet transcendere vallum*  
*Miles, in amplexus effusas tendere palmis.*  
*Hospitis ille ciet nomen; vocat ille propinquum:*  
*Admonet hunc studijs<sup>1</sup> consors puerilibus etijs:*  
*Nec Romanus erat, qui non agnouerat hostem.*
- 180 *Arma rigant lacrymis, singulibus oscula rūpunt:*  
*Et quamvis nullo maculatus sanguine miles,*  
*Quo potuit fecisse timet. Quid pectora pulsas?*  
*Quid vesane gemis? fletus quid fundis inaneis?*  
*Nec te sponte tua sceleri pavore fateri?*
- 185 *Visque adeone times, quem tu facis ipse timendum?*  
*Classica det bello; siuos tu neglige cantus:*  
*Signa ferat; cessa: iam iam ciuilius Errinnys*  
*Concidet, & Cæsar generum priuatus amabit.*  
*Nunc ades, æterno complectens omnia nexu,*
- 190 *O rerum, mistique salus concordia mundi,*  
*Et sacer orbis amor. magnum nunc secula nostra*  
*Castris negoti aut municipem habebat, conquirit atque vocat, agunt gratias, &c. k Quibus  
cautum est cum hoste colloqui aut verari. l Commentario atque acta finit pueritia.*  
*Quotquā erant in virtute castris Romanis in iecim agnoscabant. m Præ legitimi do-*  
*lori missa, & concordia studio votisque, compæssi se cum hominibus necessarijs & con-*  
*guineis arma contulisse. o Cædem, puta, fratri, patris, propinquii. p Hæc ex persona  
poetae confoletis militum affectus, arguensque eos sui doloris & ciuilis huic bellū auto-*  
*re, ut qui partes sequantur, à quibus eos dissidat horacurisque eos ad concordiam. q Im-*  
*peratori seculorum bellum habeant. r Cuius partes tu feciis obsequi tuo & officio po-*  
*tenter eum & timendum facis. s Imperator classicum canere iubeat; tu ne audi. Signa  
moneat; tu ne sequere, iam pac erit. Alij leg. Classica deus bellum. t Cæsar à vobis delittu-*  
*tus & in priuatum redadios redibit in gratiam cum Pompeiis. u Adiis ò Concordia, muse*  
*di huius fabrice terrenaque omnium in mundo factum & certum vinculum, viresque tuas ex-*  
*periant isti discordes. x Postquam agnoverint eos esse cives suos quos pro hostibus ba-*  
*bocinti facis instruisti videntur ad discernendum quid faciant in posterum. periit ijs omnis*  
*protectus, sublata est omnis excusatio ignorantia. Manileto omnes tenentur sceleri, nisi ab-*  
*siveant ab hoc bello, quod in infertur ciuibus iam non ignotis.*

Venturi

y Sed & numine le-  
 na, fata lenis, tantil-  
 lam concordie vel  
 Speciem vel ipsam  
 tanta clade compen-  
 santia. Namque ecce  
 inter ipsa amicitia  
 symbola, mensas  
 consociatas, pocula  
 mutua, castrenses fo-  
 eos, cubilia commu-  
 nia, iucundas utrin-  
 que recordationes  
 actorum laborum,  
 rerum strenue gesta-  
 rum, periculorum  
 pectoritorum. Pe-  
 tricus, re-intellectus,  
 anima familiarium; cum  
 hac & pratoria co-  
 horte cetratorum,  
 barbari que equiti-  
 bus ad valium advo-  
 lat, colloquia milium  
 interrumpit, & satis  
 milites repellit a ca-  
 fisis, quos deprehen-  
 dit, interficit. &c.  
 siens manipulos cir-  
 cent, neu se, neu po-  
 priorum, ne impera-  
 torem deferant pro-  
 dante obsecra,  
 postulat ut renouata  
 in duces fide invent  
 omnes se exercitus  
 ducesque non deser-  
 turos, &c. Com-  
 ment. 1.  
 z Culpam in fata  
 confitit ut modo  
 v. 194.  
 a Per hanc concur-  
 diam data est nela-  
 riz cædis occasio.  
 b Namque legatos ad Cæsarem de pace miserant, fidem ab eo de sua, de Petrelj & Afranijs  
 vita petierant, scilicet signa translaturos promiserant. c Ut modò nota y. d Quod si  
 causa senatus defensor non potes efficere, ut victo Cæsare libertatis patriz victor redeas: sal-  
 tem hoc potes, ut fide seruatâ pugnes dum vinearum. e Quandiu vobis dextra armata, dum  
 belli eventus adhuc incertus est, quandiu calidus vobis moneret circum praecordia sanguis,  
 quem pro libertate munda pulchrè effundatis; placetne seruitutis iugo colla submittere?  
 f Patria infesta, hostilia indicata Senatus Consulto, vobisigne ipsis damnata. g Non habi-  
 ta, inquit Bermannus, differuerint inter vos & seruos sceleri affectos. Orandusne est Cæsar, ut  
 vos sibi seruiri patiatur, ea conditione, ne curius vos habeat Pompeianos, quam Cæsarianos  
 fuos? exponit H. Grotius, ex illo Virgilii, Tro. I. priusque mihi nullo discrimine agetur. Quid si  
 dicamus, citra pugna dictime, i.e. nou bellum fortuna coacte, sed sponte seruire paratos?  
 h Nobis, ut modò nob. b.

- 220 Nunquam nostra salus pretium, mercesq; nefande  
Proditionis erit: non hoc civilia bella,  
Vt viuamus, agunt.<sup>i</sup> trahimur sub nomine pacis.  
<sup>k</sup> Non chalybem gentes<sup>l</sup> penitus fugiente metallo  
Eruerent, nulli vallarent oppida muri,  
225 Non sonipes in bella ferox, non iret in aequor  
Turrigeras classis pelago sparsura carinas,  
Si bene libertas inquam pro pace daretur.  
<sup>m</sup> Hostes nempe meos sceleri iurata nefando  
Sacramenta tenent: at uobis vilior hoc est  
230 Vestra fides, quod pro causa pugnabitis & aqua.  
Sed ueniam sperare licet.<sup>n</sup> pro dira pudoris  
Funera! nunc toto fatorum ignarus in orbe  
Magne paras acies, mundique extrema tenentes  
Sollicitas reges, cum forsitan foedere nostro  
235 Iam tibi sit promissa salus. Sic fatur & omnes  
Concussit mentes, & scelerumque reduxit amorem.  
<sup>o</sup> Sic ubi desuete filii in carcere clauso  
Maneuere ferre, & vultus posuere minaces,  
Atque hominem didicere pati: si torrida parvus  
240 Venit in ora crux, redeunt rabiēsque furorū,  
Admonit<sup>s</sup> q; tument gustato sanguine fauces:  
Feruet, & à trepido vix abstinet ira magistro.  
Itur in omne nefas: & que fortuna Deorum  
Inuidia cœca bellorum in nocte tulisset,  
245 <sup>f</sup> Fecit nostra, fides: inter mensaque torosque,  
<sup>t</sup> Que modo complexu souerunt pectora, cedunt.  
Et quanuis primò ferrum strinxere<sup>u</sup> gementes,

<sup>i</sup> In seruitutem abducimus, prodimus,  
<sup>k</sup> Quos fu tela, muri,  
bellicosi equi, classes,  
<sup>l</sup> si honellius libertatem pro pace tradere  
quam armis tueri licet?

<sup>l</sup> Penitus recondito in fodini, apud  
Chalybas pop. ad fl. Thermodontia,

<sup>m</sup> Calatis milites  
sacramento obstinat  
fident se letis & iniustae  
causæ prestant  
vobisne levior fides  
in causa iusta pro  
pugnanda?

<sup>n</sup> Pro pudore extinctionum. Prudent.  
Qui me pudore facere perderet.

<sup>o</sup> Dux tu externa  
solicitas auxilia, nos  
inrati in canam tuā  
milites te i. c. prodim  
vitamque tuam  
cum hostie pacisci  
mer.

<sup>p</sup> Belli & sceleris  
caelis ciuium, sic ter  
ror oblatus à docu  
bas, crudelitas in  
supplicio, vano reli  
gio insuorandi, spem  
præteritis delitiois  
fostulit, mentesque  
militum conseruit,  
& rem ad pristinam  
belli rationem rede  
git Com.<sup>r</sup>

<sup>q</sup> Veluti fets casuē  
coercitx, feritate de  
posita, manum man

franij  
mod si  
is fal  
dum  
anguis  
hab  
ar, vt  
ianos  
nid si  
?  
un-

sueteri pati edoꝝ, & rabiem exuisse visx, degulstato tamen sanguine in pristinam redeunt  
tricollentiam, <sup>r</sup> Cultode, rectore. <sup>s</sup> Ita emendans Hugo Grotius, legi, *Fecit nostra, si  
des, atque ita intelligi.* Potuerat bellum civile deorum & fatti iniurioris videiri culpa: præ  
seriū si fortuna prælia ignorosignis notis implicauissent: nunc profectio nostra est, quia alter  
alterum nouimus, eiusque rei certi & nobis consciū sumos. Ceterū non video cur vetus le  
dia. *Fecit monstra fides tan mortis similiis enipiat* videatur. Quin sentimus si quis com  
modius inde sensus elici posuit. Petereiani, inquit, dum fidem iureforando renouatam ducibus  
probare voluit, perpetratum monstrofas ciuiusq; suorum caedes, quales non fortuna vitorize  
insolens exerceriset in holles deorum ira victos in ipsa confusione tumultuosi belli. Sed di  
spiciat lector, & infra v. 252. appellat monstra. <sup>t</sup> Edixerat Petreios, vt, penes quem quicquid  
se miles Caesaris producatur, produclos palam in Praetorio interficiant, & Inviti se.

x Postquam tamen extinxerint gladium  
 contra ius in suos hostipes, cives, propinquos saevitumur,  
 inter se iendum, odiū in suos colligunt similes ex primis tractantibus, p̄e-  
 prius dubios & vacillantes itē confirmant, obdurantque.  
 y Ac velut occultum pereat scelus, omnia monstra  
 In faciem posuere ducum: iuuat esse nocentes,  
 z Tu Cæsar, quanvis spoliatus milite multo  
 Agnoscis superos: <sup>a</sup> neq; enim tibi maior in aruis  
 b Emathij fortuna fuit, nec <sup>c</sup> Phocidos vudis  
 Massiliæ, <sup>d</sup> Phario nec tantum est æquore gestum.  
 e Hoc siquidem solo ciuilis criminē belli  
 Dux cause melioris eris. <sup>f</sup> Polluta nefanda,  
 Agmina cæde duces iunctis committere castris  
 Non audent, altèq; ad mœnia rursus Ilerdæ  
 Intendere fugam, campos eques obuius omnes  
 Absulit, & sic is inclusit collibus hostem.  
 Tunc inopes unde prærupta cingere fossa  
 Cæsar auet, nec <sup>g</sup> castra pati contingere ripas,  
 Aut circum largos curuari brachia fontes.  
 h Vt leti videviam, conuersus in iram  
 Præcipitem timor est. <sup>i</sup> miles non utile clausis  
 Auxilium matavit equos: tandemque coactus  
 k Spe posita damnare fugam, casurus in hostes  
 Fertur. Vt effuso Cæsar decurrere posse  
 Vedit, & ad certam deuotos tendere mortem:  
 a Neque enim maiorem gloriam è vi  
 iotem gloriā è vi.  
 Not. Pharsalicis, Massiliensi, Alexandrinā reportati, quām ex hac tua clementia & iracundia  
 victoria, iomō & hinc Deo fortunamque tibi devictiores demorilli. Cic pro Mareclo, Q. Li-  
 gario, &c. b Pharsalicis, l. v. b c Supra 1. 3 v. 340. d AEgyptiaco, Pharus insula est  
 & turris quis claudit portum Alexandrinum, claustrum AEgypti maritimum. e Quod vo-  
 lueris hoc scelere vacare, quo se obstinaverunt Pompeiani, approbas causam tuam esse melio-  
 rem. f Petreiani nefanda cardis quasi vītricibus agitati foris non atri dicitus festinere Cæ-  
 sarem, aquationis, pubulationis a qua omnium rerum difficultatibus circumvenient, consilium  
 capiunt de reserendo ad Ilerdan. g Afr. castrovum procurrentes partes & vallum duci à  
 castellis ad annes aor fontes non passus est Cæsar. h Postquam sibi vallo atque fossa circum-  
 ventis & aquationi interclusis mortis necessitatē imminere vident, rem ferre decernere pa-  
 rat. Cæsar suos ex adverso in aciem dirigit, sed pugna abstinet, statim ratus sine errore eos  
 ad deditiōem cogere, quām cum suorum periculo aut hostium multo sanguine vincere.  
 i Afraniā inopia pabuli addidi fugam parant, & quo effent expeditioras omnia sarcina-  
 tia iumenta interfici lobent. k Non amplius in fogga, cuius nulla iam appetit spes, fiduciam  
 ponere. l Moritrus, Edoverant enim legiones & sub castris in aciem intruxerant.  
 m Cæsar suis imperat ne tela in hostes iacent, ne irruentibus se opponant.

*Subtrahit: non ullus constet mihi sanguine bellum,*

275 *Vincitur haud gratis, iugulo qui provocat hostem.*

*Enjubi vilius adestit inuisa luce iuuentus,*

*Iam damno peritura meo: non sentiet ictus,*

*P. Incubet gladius, gaudebit sanguine fuso,*

*q. Deserat hic feruor mentes, cadat impetus amens,*

280 *Perdant velle mori. Sic desflagrare minaces*

*In cassum, & vetito passus languescere bello,*

*Substituit merso dum nox sua lumina Phabo.*

*Inde ubi nulla data est miscenda copia mortis,*

*Paulatim cadit ira ferox, mentesque tepescunt.*

285 *Saucia maiores animos ut pectora gestant*

*Dum dolor est, ictusque recens, & mobile nervis*

*Conamen calidus praebet crux, ossaque nondum*

*Abduxere cutem: si conscius ensis adacti*

*Stat victor tenuisque manus, tum frigidus artus*

290 *Alligat, atque animum subductio robore torpor,*

*Postquam sicca rigens astrinxit vulnera sanguis.*

*Iamq. inopes viade, primum tellure refossa,*

*Occultos latices, abstrusaque flumina querunt:*

*Nec solum rastris, durisq. ligonibus arua,*

295 *Sed gladius fodere suis: puteusq. cauati*

*Montis ad irrigui premitur fastigia campi.*

*Non se tam penitus, tam longe luce relicta*

*Merserit, Assyri scrutator pallidus auri.*

*a Non tamen aut teatis sonuerunt: cui sibis amnes,*

300 *Aut micuere noui, percusso pumice, fontes:*

*Antra nec exiguo stillant sudantia voro,*

*b Aut impulsu leui turbatur glarea vena.*

*Tunc exhausta super multo sudore iuuentus*

*c Extrahitur, duris silicium lassata metallis.*

305 *d Quoque minus possent siccus tolerare vapores,*

*Quae sit fecisti aquae, nec languida fessi*

*y Quid in Assyria foditur, z Sulfureane exhalatione e fodinis? an auraria? a Non tam*

*deprehendunt arietem subterraneum, aut fontis scaturiginem, b Nec minutissimis*

*lapilli crepitant venae, i meato fluentis aquae. c Fodinis, d E gelidis fodinis subduci calo-*

*tem artis iunius iam sepe possebat, e Absistebant a cibis ut leuaret, saltem ne intenderet fistis,*

*a Non morientur  
inula & circa dampnum  
victoris, qui desperati & morituri  
ruunt in media arma*

*o Mortis secura, &  
vitæ pertusa.*

*p Non incubet  
gl. non gaudeb. re-*

*petitum non,  
q Deserentes hys  
impetus iste & libido  
do morienti.*

*r Hoc modo Caesar  
passus est desiderium  
mortis & ardorem  
belli, eniā nulla ijs  
data est copia lenitatis.  
Producitur,  
inquit Cæs., ac ifque  
ad soli occasum  
continetur: inde ut  
trique in castro dis-  
cedunt.*

*f Ita lib. 7. v. 100.  
mortalesque snorum  
Permissere meū. Sed  
& alij leg. miscenda  
copia Maris.*

*t Non secus a quo  
ferox animis dolens  
recentis vulneris ad  
pugnam vehementius  
accendit ut levi-  
tusque si viē or-  
sentient se illi vul-  
nus infixisse detre-  
ctet prælium, d. fer-  
uet mox saucio  
sanguis, robur, an-  
trum.*

*u Mons effossus est,  
quoad parei altitu-  
do ad fidum campo-  
strem descenderet.*

*Foritan & scrobibus  
qua fint fastigia, qua-  
rus. Virg., Georg.*

*x Tam altè in tetra-*

*vistera à dio.*

p E glebis terre suc-  
 culentioris humorē  
 manibus exprime-  
 bant.  
 q Siti exhaustos  
 mortique vicinas  
 turbidam & exo-  
 sam aquam bibit,  
 quam feruande vita  
 certos recusat.  
 h Sugunt pecudes,  
 & lacie deficiente  
 saniosam exsanguant  
 sanguinem.  
 i Contundunt ut  
 succum eliciant.  
 k His feliciores po-  
 eta' nos pronunciat  
 qui venenatis ab ho-  
 ste fontibus extinxi  
 fuere, quod fecerant  
 in Romanos eum  
 prolequentes barba-  
 ri hostes Ingritha  
 rex Numidia, Mi-  
 thradates Ponti rex,  
 Iuba Mauritanus.  
 l Quod si fontes ve-  
 neno serpentinum an-  
 serarum Cesar co-  
 ram incolisset, pru-  
 dentes scienteque  
 Petreiani parati e-  
 tant bibere.  
 m Pallorem indu-  
 centia.  
 n Cretensis quam  
 tamen in Ide (Plu-  
 giam autem exponit  
 interpres) igit' nasci  
 scribit Nicander in  
 Alexipharmacis.  
 o Unde & nomen.  
 è 5° d'孝子  
 Θαλειλυ ἀντί<sup>τον</sup>  
 ανθεβλέση-  
 στον ἐρόγκοις.  
 Nicand. Que quia nascuntur dura vimacia crante, Agrestes nascunt vocant Ouid. 7. Ma-  
 morph. p Asperit, atescenibus, vti videre est in iis qui sebri laborant.  
 q Respiraciones, τὴν εἰπούσαν κατεπούσαν.  
 r Patimenti seu vicerato: exaspe-  
 ratio. s In tempestate & inundatione Sicoris, supra ver. 50. t Et quod vke-  
 mentius fitis irritare posset, obiectis potentias mouenibus. u Nili insulam.  
 x Sub Tropico Cancri, qui linea est tricida Zone. y Libyæ pop.

<sup>2</sup> Iam

<sup>a</sup> Iam domiti cessere duces: pacisque p̄tendae  
Auctor<sup>a</sup> damnatis supplex Afranius armis,  
Semianimes in castra trabens hostilia turmas,

<sup>b</sup> 340 Victoris stetit ante pedes.<sup>b</sup> seruata precanti  
Maiestas, non fracta malis, interq; priorem  
Fortunam, casusque nouos, gerit, omnia victi,  
Sed ducis, & veniam<sup>c</sup> seculo pecltere poscit.

Si me degeneri strauissent fata sub hoste,  
Non degradat<sup>d</sup> fortis rapiendo dextera leto:  
At nunc sola mibi est orande causa salutis,  
<sup>e</sup> Dignum donanda, Cæsar te credere vita.  
<sup>f</sup> Non partis studijs agimus, nec sumsimus arma  
Consilii inimica tuis: nos denique bellum

<sup>g</sup> 350 Inuenit ciuale duces: causæq; priori,  
Dum potuit, seruata fides: nil fata moramur.  
<sup>h</sup> Tradimus Hesperias gentes, aperimus Eoas,  
Securumque orbis patimur post terga relitti.  
Nec crux effusus campus tibi bella peregit,  
Nec ferrum, lassæq; manus.<sup>i</sup> hoc hostibus unum,  
Quod vincas, ignosce tuis.<sup>j</sup> nec magna petuntur.  
Otia des fessis, uitam patiaris<sup>k</sup> inermem  
Degere, quam tribuis: campis prostrata iacere  
Agmina nostra putes: nec enim felicibus armis  
360 Misceri damnata decet, partemque triumphi  
Captos ferre tui: turba hæc sua fata peregit.  
Hoc petimus, viles ne tecum vincere cogas.

Dixerat: At facilis Cæsar, vultuque serenus  
Flebitur, atque<sup>l</sup> usum belli, poenamque remittit.  
365 Ut primum<sup>m</sup> inste placuerunt fædera pacis,

Pompeii duces, legationis muneri, quantum in nobis erat & quoad licuit, fidem præstavimus.  
cedimus modo di s & necessitatia fatali, neque moram insicimus Fortune, quo minus te ene-  
hat quod te fata vocant. <sup>g</sup> Taz fidel tradimus exercitus nostros cum Hispanis, ita ut tibi  
securus de nobis & metu occidentis liberato p' lat'or iter aduersus Pompeium in Oriente.  
<sup>h</sup> Quod ineruentam tibi cellamus vidoriam, quod facilius in nos debes esse, quod tuo veli-  
cati sumus consilio, qui omnem iniusti rationem vincendi sine sanguine. <sup>i</sup> Petimus tantum  
vacationem a bello. <sup>k</sup> Bello immunem, neque enim in partes reddituri sumus aduersus te,  
de nobis securum, perinde ac si fiero tuo ad interractionem occubuissemus omnes. precamus  
contra, ne viles cogamus sequi tua signa vittoria & triumphos. <sup>l</sup> Vacationem a bello & im-  
punitatem indulget. <sup>m</sup> Fædere inter duas fæctio. non dubia ut nuper, inter milites.

<sup>n</sup> Tandem omnia b' s  
rebus obfensi, quar-  
tam iam diem sine  
pabulo retentis in-  
fuentis, aqua, ligna  
& frumenti inopia,  
colloquium petunt.  
& id si fieri possit, fa-  
moto à milibus lo-  
co, ubi id à Cæsare  
negatur, & palam  
si colloqui vellent,  
concessum est, datur  
obficiis loco filius  
Afranius, venitur in  
locum quem Cæsar  
deligit: audiente va-  
troque exercitu lo-  
quunt Afranius, &c.  
Comment. de bello  
ciu. r.

<sup>a</sup> Abieatis, impro-  
batoque bello.

<sup>b</sup> Vtneque supplex  
median tamquam  
dam, inter fortunam  
priorum prosperam  
atque hanc adser-  
tam, retinet dignita-  
tem, tam duci quam  
victi memor.

<sup>c</sup> Impavidus, in utrum-  
que parato.

<sup>d</sup> Qua mibi hono-  
ram mortem infer-  
rem.

<sup>e</sup> Quod te dignum  
existimem a quo vi-  
te beneficium acci-  
piam.

<sup>f</sup> Non secuti sumus  
parte, aut Pompeia-  
ne fationis studio  
arma aduersi e in-  
dormimus post motum  
hoc bellum: sed iam  
ante cum essemus

- a Non interclusos,  
non interdictos.  
b Turbida redditum  
procumbit bimbi  
bendi asidas.  
c Largos & sine respi-  
ratores inter-  
missas baolitas ple-  
risque spicatum con-  
strinxit.  
d Anteius guttulas  
& pulsus nū fistulas.  
e Vehemens & ar-  
dens f. i.  
f Sitis inextincta.  
g Mox redire mi-  
litibus aquā refectis  
vires priliue.  
h Occasione à be-  
neficio aque reddi-  
ta, excutit poeta in  
detestationem luxus  
delicotorum.  
i His quod facile pa-  
rantur.  
j Neque ad delicias  
tantum, sed ad glo-  
riam & ostentatio-  
nem. Petron. In gen-  
es gula est, &c.  
k Ex his Afraniatis,  
quos restituit non  
vinum nobile & ve-  
tus, sed aqua sim-  
plex.  
l Nobile vinum O-  
pimio, C. et. & Phi-  
lippo, vel alio prop-  
ter veruflatam igno-  
to nobis Consule reconditum. Capitulo diissima consule, inquit Iunenalis, eadu patrum situ-  
lumque senectus Delesat nultis veteri fuligine teste, quae vide Sat. v. o. & que nos ibi.  
m Non aureis poculis murrinique, de quibus vide que nos at ep. 11. 1. Martial. l. 1. c. A-  
qua metu & simplici. d Da mihi polentiam & aquam, inquit Epicurus, & cum loue ipso de  
felicitate contenderim. Senec. epist. & 1. Ellian. var. hist. l. 4. c. 13. αρτοὶ μένοντες τὸν τομόν τοι παρηγένετο πάντα. Cyrus. Εἰσει τί δέ τοι βούτητε πάλιοι δυοῖς μόνοις  
διάμεθες καὶ τοῖς, πτωμάτος δ' ὑδροχόοι. Menand. e Hen quo labores subendisti,  
quo miseric perferre ijs qui callia sequuntur. f Inter alia Cesar responderat: se nunc  
id non agere ut ab illis abductum exercitum teneat ipse, quod tamen sibi difficile non sit, sed  
ne illi habeant, quo contra se vit possint, proinde arma tradant, exercitum dimittant, pro-  
vincijs excedant, domincium aut possessiones qui in Hispania habent, statim, reliqui ad Va-  
rum fl. dimittantur. Comment. cito bel. l. g Hispanus miles illixsus dimittitur. Catoe Cae-  
sar ne quid eis noceatur, ne quis iniuitus sacramenta engauit. Audit etiam, vt quid quic-  
que eorum in bello amiserit restitutor, &c. Comment. cito bel. l. h O quam poniuit Afrani-  
anos continuati tandem bellis, etrectatae deditioles, rerum inopis ultra quam opus erat per-  
pestra, votorum pro felici bello ad deos non exaudientes sollicito conceptorum. eoque  
magis — i — cum videant victoribus reslate tot pugnatum discrimina, &c.

390 \* V  
V  
Est  
\* F  
Qu  
395 VII  
Iam  
\* E  
Hoc  
\* So  
400 Est  
Feli  
e  
Con  
\* D  
405 Et  
Illic  
Qu  
Clau  
\* Cat  
Senec  
vener  
neutra  
Izrae  
L. Flor  
duces  
Dolab  
Bente  
rum v  
xilium  
marie  
serba  
manu  
haber  
t Qua  
loto. i  
Brund  
ti Om  
grat.  
Viden  
Etat. i  
duo o  
Mela  
y. C.  
tique

390 <sup>k</sup> Ut nunquam fortuna labet successibus anceps,  
 Vincendum toties: terras fundendus in omnes  
 Est crux, & Cæsar <sup>m</sup> per tot sua fata sequendus.  
 Felix qui potuit, mundi nutante ruina,  
 Quo iaceat iam scire loco. non prælia fessos  
 395 <sup>n</sup> Villa vocant, certos non rumpunt classica somnos.  
 Iam coniux, natque rudes, & sordida tecta,  
 Et non deductos recipit sua terra colonos.  
 Hoc quoque securis oneris fortuna remisit,  
 Sollicitus menti quid abest sautor: ille salutis  
 400 <sup>o</sup> Est anchor, dux ille fuit, sic prælia soli  
 Felices nullo spectant ciuilia voto.  
 Non eadem belli totum fortuna per orbem  
 Constitut: in partes aliquid sed Cæsaris ausa est,  
 Quæ maris Adriaci longas ferit unda Salona, <sup>p</sup>  
 405 Et tepidum in molles Zephyros excurrit <sup>q</sup> Iader,  
 Illic bellaci confusus gente <sup>r</sup> Cuvetum,  
 Quos alit Adriaco tellus circunflua ponto,  
 Clauditur extrema residens <sup>s</sup> Antonius ora,  
 Cautus ab incuria bellorum sola recedat,  
 Senec. Herc. Pu. v. 198. q Quibus non opus esset finem belli expectare, ut sibi victoribus & veteratis in coloniavalio deducis atsignentur agri. r Quod partem studio vacantes neutri sollicitate favente, neutri victoriā voleant, utique ex agno obligati Pompeio, veteri sacramento: Cæsar, novo beneficio. Itaque male in vulgatis libelegitur paucus. s Audite L. Florus l. p. c. 2. huius loci expostionem atque invitatem. Aliquid tamen aduersus absentem dicens ausa fortuna est circa Illyrium &c. Quippe cum famae Adriatici mari iussi occupare Dolabella & Antonius, ille Illyricus, hic Corcyrae labore castra posuerint, iam maria latè reente Pompeio, repente castra legatus eius Octavius, & Libo cum ingentibus copiis classicis rom utriusque circumvenient, deditioiem famæ extorsit Antonius. Mille quoque à Basile in auxiliu eius rates, quales inopia nautum fecerat, noua Pompeianorum arte Cilicum actis sub mari funibus, capta quasi per indaginem, duas tamen res illas explicavit yna, que. Opterigines serebat in vadis hasis, memorandumque posteris exitum deinceps. Quippe vix mille in eorum manus, circumfusi vndeque exercitus per totum diem tela fyllauit, & cum exitum virtus non haberet, ne in ditionem veniret, horante tribuno Vulteo metuis iacibus, in se concurrite. t Quo mare Adriaticum aluit Salona opp. Dalmatia in mare exportandas. Hermolaus. Spacio. u Fl. Dalmatia iuxta Salonas mare Adriaticum influens, versus Occid. x Non sunt isti Brundusini, vt vult Sulpitius Crateribus oriundi, vt supra l. v. 6. o. Non Cretenes auxiliates ut omnibus. Repugnat loci descriptio, scriptio & quantitas syllabæ gesta: ec prope Salonas gelat, circiter 44. nō Brundusii 42. <sup>z</sup> hoc in Italia, neq; insula, illæ in Illyrico. Nō sunt Krepites. Videntur ergo insulae unius ex his insulis quas Plin. l. 3. c. 26. vocat Creteas, contra Libernos sitas. illius credo quam Peolom. i Geograph. adiacentem Liberni cognoscit Curiam, cuius dico oppida sunt Phulsumium & Curicum. Veglum hodie dici credit Hermolaus. Alii; Nigrum, Melanum, et Corcyram autem, unde & Cercyram litore apud Florum legendum videtur. y C. Antonius, Non M. Antonius qui Brundusii subtilibus habet copias Cæsi traieatur, & Atutus vixit & loci natura fatis manitus, sibi inopia fragmentis & pabuli preclusa fuisset.

k Et quamvis fortuna constans adipisci: ijs prospera, multo tamen labore & sanguine victorias ijs constitutas.

l Macedoniam, AEgyptum, Africam, Hispaniam rufos; omnes oibis patres.

m Per tot bellorum & fortunæ incertos eventus.

n Felices sanè hos Afranianos, quibus, cum cetera omnes mundi partes in rationem vacillant, permisum est in sua tellure late secreto tutoque relictis leni perfrui ocio.

o Neque excitatur classico miles truci. Horat. a. epod. Martia cur sonos classica pudica fugant. lib. ball.

p Humili loco, sed certè sedet Sordida pars fortis & dominis.

a Vbi Antonius vidit socios sub Dolabellae signis & Basiliū in aduerso fuisse litorē: conatus est non fugere genere evadere. Sed hæc a litter Florus, ut modō.

b Clasis præcedit: Opiterginorum ducent.

c Non in longitudinem extendunt carinam, aut puppem in altitudinem attollunt.

d Sed contextit scaphas nāciam magnarum circiter sexaginta, duplice ordine collocatas, quas trahibas & carenis à fronte vincitas eratibus pluteisque munivit, atque hæc ratis cuppis, i. capite sustentata i. resigibus qui non videbantur, intra geminos scapharum vetrinque ordinis propellebatur. Variè videtur mihi implicita & vehtu sua ē modis misia hoc relatio. Huiusmodi ratem à Marco Antonio Brundisij contextam meminit. Autò Com. de ciubelz, dñique adieci triremes. Neque de tempore conuenit, ante Cesarium aduentum? necne. Quid inquit faciam in tanta diuersarum rerum, nominum, locorum, temporum confusione? Non ea sum fronte ut saevia fidem velim alternare, non ea mente ut fidem tuam, lector, consarcinatus menderis ludicari. Itaque (qui abiorum commentatorum, ubi quid nodi incidentis mos est) dñs brachis ista trireme. Et obseruatur refluxus maris, ut cum vudarum refluxu ratis iam stendia deductaque itaiciantur. Namque refluxus aethi se exten'ere videtur litus. ag. Et dux vox triremes quas ratis tortiles tabulatis ijsque pinnatis ornata supeteminet. b Octavianus præfexus Pompeianæ clasis ad custodiā Illyrici litoris, soluit statim ratim invadere, sed continuat se donec reliqua triremes tunc singulæ sic allelæ in mare descendenter. i Qualiter venas in indaginem tendens, suspendit formidinem eca lineam, retis genus id est plumis vermiculoribus atque ad odorem vestitatis intertexti, quo cerni territ in veras plagas irruant Pumiceave agitant pauidos formidine penas. Virg. 3. Georg. vide & Nemefiani Cynegetica. Pieti Hieroglyph. 7. & que nos ad Sen. Hippol. v. 46.

Expugnat que tuta, famæ non pabula tellus  
Pascendis submittit equis, non proserit ullam  
Flava Ceres segetem: spoliabat gramine campum  
Miles, & attonso miseris iam dentibus aruo  
Castrorum siccas de cespite vulserat herbas.

a Ut primum aduersæ socios in litoræ terre  
Et b Basilum videre ducem: noua furia per æquor  
Exquisita fuge. c neque enim de more carinas  
Extendunt, puppēsque levant, d sed firma gerendis  
Molibus insolito contexunt robora ductu.

Nanque ratem vacuae sustentant undique cuppæ,  
Quarum porrectis series constricta catenis  
Ordinibus geminis obliquas excipit alnos.  
Nec gerit expositum telis in fronte patenti  
Remigium: sed, quod trabibus circundedit æquor,  
Hoc ferit, & taciti prebet miracula cursus,  
Quod nec vela ferat, nec apertas verberet undas.

c Tunc freta seruantur, dum se decliviibus undis  
Æstu agat, resfluoque mari nudentur arenæ.  
d Namque relabenti crescebant litora ponto;  
Missa ratis prono defertur lapsa profundo,

Et geminae comites, cunctas super ardua turris  
Eniinet, & tremulis tabulata minantia pinnis.

b Noluit Illyricæ custos Octavius unde  
Confestim tentare ratem, celerisque carinas  
Continuit, cursu crescat dum præda secundo:  
Et temerè ingressos repeteadum inuitat ad æquor  
Facie maris. i Sic dum pauidos formidine ceruos

465

tauta diuersarum rerum, nominum, locorum, temporum confusione? Non ea sum fronte ut saevia fidem velim alternare, non ea mente ut fidem tuam, lector, consarcinatus menderis ludicari. Itaque (qui abiorum commentatorum, ubi quid nodi incidentis mos est) dñs brachis ista trireme. Et obseruatur refluxus maris, ut cum vudarum refluxu ratis iam stendia deductaque itaiciantur. Namque refluxus aethi se exten'ere videtur litus. ag. Et dux vox triremes quas ratis tortiles tabulatis ijsque pinnatis ornata supeteminet. b Octavianus præfexus Pompeianæ clasis ad custodiā Illyrici litoris, soluit statim ratim invadere, sed continuat se donec reliqua triremes tunc singulæ sic allelæ in mare descendenter. i Qualiter venas in indaginem tendens, suspendit formidinem eca lineam, retis genus id est plumis vermiculoribus atque ad odorem vestitatis intertexti, quo cerni territ in veras plagas irruant Pumiceave agitant pauidos formidine penas. Virg. 3. Georg. vide & Nemefiani Cynegetica. Pieti Hieroglyph. 7. & que nos ad Sen. Hippol. v. 46.

Claudat

- Claudat odoratæ metuentes æra penne:  
 Aut dum dispositis<sup>k</sup> attollat retia varis  
 440 Venator,<sup>1</sup> tenet ora leuis clamosa Molosse;  
 Spartano<sup>m</sup> Cretasque ligat: nec creditur ulli  
 Sylua cani, nisi qui presso vestigia rostro  
 Colligit, & præda nescit latrare reperta,  
 "Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.  
 445 Nec mora.<sup>n</sup> complentur moles, audiēque petitis  
 p Insula deseritur ratibus: quo tempore primis  
 Impulit ad noctem iam lux extrema tenebras.  
 At Pompeianus fraudes innellere ponto  
 \* Antiqua parat arte Cilix, passusque<sup>t</sup> vacare  
 450 Summa freti, medio suspendit vincula ponti,  
 Et laxas fluitare sinit, religatque catenas  
 Rupis ab Illyricæ scopulis, nec prima, nec illa,  
 Que sequitur, tardata ratis: sed<sup>u</sup> tertia molcs  
 Hæsit, & ad cautes adducto fune secuta est.  
 455 Impendent<sup>x</sup> caua saxa mari: vulturaque semper  
 Stat (mirum) moles: & siluis equor inumbrat.  
 Huc fractas Aquilone rates, submersaque pontus  
 Corpora sepe tulit, cæcisque abscondit in antris:  
 Restituit rupes teclum mare, cumque cauerne  
 460 Euomuere fretum, contorti vorticis undæ  
 "Tauromenitanam vincunt feruore Charybdim.  
 Hic<sup>a</sup> Opiterginis moles onerata colonis  
 Conflitit: hanc omni<sup>b</sup> puppes statione solute  
 Circueunt: alijs rupes, ac litora compleant.  
 465 Vulteuis<sup>c</sup> tacitas sensit sub gurgite fraudes.  
 (Dux erat ille ratis) frustra qui vincula<sup>d</sup> ferro  
 Rumpere conatus, poscit spe prælia nulla,  
 Incertus quæ terga daret, quæ pectora bello.  
 duebatne ratis illa. y Scopulus absorptos flosci refundit, instat Charybdis cui hanc ru-  
 pen comparat, imo barathri ter gurgite rufas Sorbet in abruptum fluctum, rursumque sub auras  
 Eregit alternos. Virg. 3. AEn. z Iuxta Tauromenium Sicilie opp. offendit Charybdis, ad  
 eum litus ei ciuantur, que illa vorago absorberat. a Opitergium opp. est Venetorum, O-  
 deris Leandro. b Pompeianæ. c Insidiosi positas, d Seueni, bipenni. Alijs leg. ferri. i.  
 catena ferreas. Accingit se & horita ur suos ad pugnam, sine villa aut fugi, aut vitoriz  
 ipse, ut sequitur.

<sup>k</sup> Erigat retia per-  
ticias incatis.

<sup>l</sup> Ne latrato feras  
 terreant. vos laxas  
 Canibus tactus mita-  
 tis habetas. Teneant  
 acris loro Molosse,  
 Et pugnaces tendant  
 Crisia. Portia trivio  
 vincula collo. At  
 Spartanos, genit ob  
 audax Amissonsque  
 fera, modo cauca Pre-  
 priore l. g. venies tem-  
 pia. Cum latranti canis  
 Saxa sonent. Nonne  
 demissi nave sagaci  
 Capient auris, luctu-  
 que presso Querant  
 rostro, Senec. Hippol.  
 v. 30. & quæ nos ibi  
 in Cretens canes.  
 n Concusso loro ad-  
 monet venatorem  
 invente sera.

<sup>o</sup> Ratibus impo-  
 nuntur militæ.  
 p Cercyra, Curista,  
 Melza na de qua in-  
 pra, ad v. 406.

q Crepusculo.  
 r Pompei iam pat-  
 tes secutus, lib. 3.

v. 228.  
 \* Piraticæ.

f Non apparenti-

bus in superficie ma-

ris vinculis.

t Retenta supra, ad

v. 401.

u Ratis illa ingens

euppis superstructa,

in qua Opitergini

vehabantur.

x Describit rupem

exestam, exposcitiam

& ruituræ similem,

ad quam funibos ad-

ducentur.

y Scopulus absorptos flosci refundit, instat Charybdis cui hanc ru-

pen comparat, imo barathri ter gurgite rufas Sorbet in abruptum fluctum, rursumque sub auras

Eregit alternos. Virg. 3. AEn. z Iuxta Tauromenium Sicilie opp. offendit Charybdis, ad

eum litus ei ciuantur, que illa vorago absorberat. a Opitergium opp. est Venetorum, O-

deris Leandro. b Pompeianæ. c Insidiosi positas, d Seueni, bipenni. Alijs leg. ferri. i.

catena ferreas. Accingit se & horita ur suos ad pugnam, sine villa aut fugi, aut vitoriz

ipse, ut sequitur.

f Cohors decima pars est legionis, cuius numeros variat. constat plerisque 600 circiter milibus. Florus refert fuisse mille. Prima quidem in legione cohortes habet pedites M.CV. equites loricatos CXXII. Venerius l. 2. c. 6.

g O Iuuenes libertate veltra nos vltia breuem hanc noctem frantur.

h Breui uterque, vel difficultate & periculo, ut Horat. od. 20. l. 2. Rebus angustis animos atque fortis appare.

i Nemo queratur si bi fuisse vitam breuem, qui in illa v. tanque breui tempus habuit sibi mortis conscientia, priusquam admiratur.

k Neque tribuerunt nobis minori laudi, mortem vicinam & in limine nobis ab hoste imminentem nostra manu praecupasse, quam si diuturnior eius nobis vita esset futura, cum enim nemo exploratum habeat quandiu sit vicitur, aqua magnanimitatis laus est, brevis quod sa' pereit momentum ac longissimam qua sperabas vitam incertum.

titer incidas. l Moti cogitant: velle mori, non ita. neque enim ergit voluntas. Verum quia ergit necessitas, velut & in virtutem cedet necessitas. Quicquid necesse est, sapientia vult. in Romani, qui nobis non parcent. Non verisimile est (siquidem Io. Rotgerius l. 2. c. 2. var. lecta) Vuleionem ea oratione qua suis mori potius suadebat quam in hostium potestatu venirent, tam honorificè nomine appellasse, qui Opitergini eam erant. legit itaque Interv. Gilices ms. ut supra v. 449. n Neque carabinus pulchro fortitudinis nostra teste, conspicui diis & hominibus, sociis ab insula spedamus, hostibus à continenti testa & mari, iacebimusque nos inter nos, videntes cum vicit, non miseri confusa strage tanquam exco belli tumultu exi sub incerto exillis autore, dum gloria in commune & omnes ex uno diffundimur. o Nostra, iuuenes, fides pie & fortiter Imperatori prestita superabit omnia omnium quæcumque historijs mandata fuerint exempla.

Hoc tamen in casu, quantum deprensa valebat, efficit virtus: inter tot millia captæ. Circunfusa rati, & plenam vix inde cohortem, Pugna fuit, non longa quidem, nam condidit atra Nox lucem dubiam: pacemque habuere tenebre.

Tunc sic aitoniam, venturaque fata pauentem Rexit magnanima Vulteuus voce cohortem: g Libera non ultra præua quam nocte iuuentus, Consulite extremis angusto in tempore rebus. i Vita breuis nulli supereft, qui tempus in illa Querende sibi mortis habet: k nec gloria leti Inferior, iuuenes, admoto occurrere fato.

Omnibus incerto ventura tempore vite Par animi laus est, & quos speraueris annos Perdere, & extreme momentum abrumpere lucis, Accersas dum fata manu. l non cogitur ullus Velle mori. fuga nulla patet: stant undique nostrū Intenti<sup>m</sup> ciues iugulis. decernite letum, Et metus hinc abſt: cupias quodcumque necesse est.

n Non tamen in cœca bellorum nube cadendum est, Ut cum permisisti acies sua tela tenebris Innuoluunt. conserta iacent cum corpora a campo. In medium mors omnis abit. perit obruta virtus. Nos in conspicua sociis, hostiique carina Conſtituere Dei. præbebunt equora testes, Præbebunt terræ, summis dabit insula saxis. Spebunt gemine diuersò e litore partes.

Nescio quod nostris magnum & memorabile fatis Exemplum, Fortuna, paras. o quæcumq; per eum

Exhibuit

*Exhibuit monumenta fides, seruatque ferro  
Militie pietas, transivit nostra iuuentus.*

500 *Nanque suis pro te gladijs incubere Cæsar  
Esse parum scimus: sed non maiora supersunt  
Obsessis, tanti que pignora demus amoris.  
Abscindit nostræ multum sortis inuidia laudi,  
Quod non cum p' senibus capti natisque tenemur.*

505 *Indomitos sciat esse viros, timeatque furentes,  
Et mortis faciles animos: q' & gaudet hostis  
Non plures hæsse rates. tentare parabunt  
Fæderibus, turpique volent corrumpere vita.  
O utinam, quo plus habeat mors' unica fama,*

510 *Promittant veniam, iubeant sperare salutem:  
Ne nos, cùm calido fodiemus viscera ferro,  
Desperasse putent. magna virtute merendum est,  
Cæsar ut, amissis inter tot millia paucis,  
Hoc damnum, clademque vocet. dent fata recessu,*

515 *Emittantq' licet, vitare instantia nolim.  
Proieci vitam comites, totisque futura  
Mortis agor stimulis: furor est. agnoscere solis  
Permissum est, quos iam tangit vicinia fati,  
Victuろque Dei celant, ut vivere durent,*

520 *Felix esse mori. Sic cunctas sustulit ardor  
Nobilium mentes iuuenum: cum sidera caeli,  
Ante ducus voces, oculus humentibus omnes  
Aspicerent, & flexoque Visæ temone pauerent:  
Iidem, cùm fortes animos præcepta subissent,  
Optauere diem. b nec segnis mergeve ponto  
Tunc erat astra polus: nam sol Leda tenebat  
Sidera, vicino cùm lux altissima Cancro est:*

but Di; hoc, ut sciunt, quam dulcis & felix res mors sit, ovo dulcissimis velicit vinere. morti autem vicinis dulcedinem eius praesentire solum datur. z Hæc oratione mentes suorum ad voluntariam mortem incitas erexit. Vulteu; in tantou; vt qui prius lacrymabundi ortum in sequentis diei expauscent, alacres iam exoptarent. a Vt eæ maioris planetarum in Orientem conseruum signum est præc' pitantis nobis, aduentantis diei, Sole existente in Geminis, Castro Leone, undecimam enim Aprilis nobis in apice Meridionali elevatum medium constituit noctem. b Iamque sidera nocturna in Horizontem properabant, nocte utpote breui, Sole ex ultima parte Geminorum (in quo; Cætor & Pollux Ledæ filii consensi sunt) ingresso Cancrum.

p Parentibus & a-  
tis, quos Saguntino-  
rum equantes fidem  
trucidaturi essemus  
potius quam in po-  
testatem hostium ve-  
nirent.

q Quod si illæ deae  
simil implicitæ ca-  
tentis afferent nobis,  
non dubitaremus de  
victoria.

r Vel cum serviente  
vel inhonesta dedi-  
tione coniunctæ vita  
conditionem nobis  
offerre, quo pertin-  
ci mortis consilio  
deposito discedamus  
ab artis.

s Simplex, non vim  
aliunde timens, non  
opus habens admoto  
occurrere fato, ut fu-  
pra q' so. v. à despe-  
rationis imputatio-  
ne libera.

t Egregio aliquo &  
singulare fortitudinis  
exemplo.

u Cohorte vna.

x Quamvis nihil fa-  
ta darent, ut incolu-  
mis possim discede-  
re, nolim tamen pre-  
sentem mortem effu-  
gere.

y Ardenti effero  
mortis desiderio.  
Digne hunc ardorem  
me nibus addunt. Ex-  
viale, an sua cuique  
Deus fit dira cupidus  
Affat certe ciuini-  
tus amabilis infans,  
eluvios est hic impu-  
petus. Inuidet quip-  
pe miseris mortali-

- c. Dies affluit, pro-  
pemodum solitaria-  
lis, qui incidit in pri-  
mam partem Can-  
cri, signorum aliis-  
simi.
- d. In Occidente. n.  
Sagittario (quem  
Chironem Thestali-  
cum iussit volvit)
- e. Chronicus occidente,  
oppositio Soli in  
Geminis orienti.
- f. Iltri accola. Illy-  
rios, hostes Opiter-  
ginorum, i. s. tenet  
imminentes a mari  
autem instantem O-  
casum Libornici  
& Dalmatici littoris  
custodem cum classe  
auxiliari Graecorum  
quorum plerique  
Pompeii partes se-  
cuti sunt.
- g. Hoc singit: poeta  
accidisse ex Vulteij  
voto supra v. 109.
- h. Dedivit ionis condi-  
tionibus, oblatis &  
vitæ pætione.
- i. Certo & destina-  
to mortis consilio  
addicta, vita deside-  
rio omni concilata-  
to.
- j. Hostium cum ter-  
rore ingensium.
- k. Extrema. mor-  
tem.
- l. Ut supra ex Flo-  
ro, ad ver. 40.
- m. in se inuicem.
- n. Nodato porrecto-  
que ingulo inuitat  
comitum alicu-  
ius manus, qua pe-  
rebat. o. Q. o. pignore spondebat & se pari fiducia moriturum. p. Motibundus Vulteius.
- q. Et ne ingratus moteretur, retilit gratiam infundi ab illo vulneri, & cuius nomine se illi debitorem agnoverat. r. Concurrunt catari eiudem partis milites mutuoque coincident  
vulneribus non aliter quam fratres illi terrigenæ nati ex Draconis dentibus à Cadmo fatis.  
Ovid. Metam. 7. Sen. OEdip. 7. 10. s. Thebana. Dirce fons iuxta Thebas. vide que ad v. 126.  
Thebaid. Senec. t. Infaustum omen Eteocli & Polynisci qui simili fato aliquando mutuis  
vulneribus se consequtri erant. u. Atque ut per mutua vulnera peribant Terrigenæ fratres  
nati è dentibus vigilis draconis interfici fatus ab Iasono, inter se cõmissi coniecto ab Iasono  
in medium silice & carminis magicis Medeis auxiliaribus. Ovid. Met. 7. x. In Colchis,  
quorum Phasis fl. clariss. y. Insa quoque extinxit, que tutum fecerat illum; Vige peti vixit  
fauemens tot ab hostibus vixit, Padus.

Ex  
Fa  
Ma  
Vu  
b Co  
Deb  
Et i  
Fra  
d H  
565 Ex  
No  
Ser  
Inf  
e V  
570 Et  
Cor  
Cor  
Eff  
1 O  
575 m N  
Per  
Ser  
Ob  
Ign  
580 ° M  
Sec  
Ma  
Fide  
tame  
cent  
se in  
flare  
ro l  
gan  
igna  
ran  
qui  
lub  
pad

*Expauit Medea nefas. sic mutua patiti  
Fata cadunt' iuuenes : <sup>a</sup> minimūq; in morte virovū*

*Mors virtutis habet: pariter sternuntq;, caduntq;*

*Vulnere letali: nec quenquam dextra fefellit,*

*560 <sup>b</sup> Cūm feriat moriente manu. nec vulnus adactis*

*Debetur gladijs: <sup>c</sup> percussum est pectore ferrum,*

*Et iugulus pressore manum. cūm sorte cruenta*

*Fratribus incurvant frates, natisque parenti:*

*565 <sup>d</sup> Haud trepidante tamen toto cum pondere dextra*

*Exēgere enses. pietas ferientibus vna,*

*Non repetisse, suit. iam latis viscera lapsa*

*Semianimes traxere <sup>e</sup> foris, multūq; cruoris*

*Infudere mari. <sup>f</sup> despectam cernere lucem*

*570 <sup>g</sup> Victorēsque suos vulnu spectare superbo,*

*Et mortem <sup>h</sup> sentire iuuat. iam strage cruenta*

*Conficitur cumulata ratis: <sup>i</sup> busisque remittunt*

*Corpora victores, <sup>k</sup> ducibus mirantibus, ulli*

*Esse ducem tanti. nullam maiore locuta est*

*1 <sup>l</sup> Ore ratem, totum discurrens fama per orbem.*

*575 <sup>m</sup> Non tamen ignauit post hæc exempla virorum*

*Percipient gentes, quam sit non ardua virtus*

*Servitium fugisse manu. <sup>n</sup> sed regna timentur*

*Ob ferrum. & seuis libertas viritur armis :*

*Ignoratiq; datos, ne quisquam seruiat enses.*

*580 <sup>o</sup> Mors utinam pauidos vitae subducere nolles,*

*Sed virtus te sola daret. <sup>p</sup> Non seignior illo*

*Marte fuit, qui tunc Libycis exarxit in aruis.*

*fidem. Virtus & in hoste probatur. <sup>k</sup> Ostia & suis. <sup>l</sup> Proconia & celebrazione, m Eō tamen recordz ventus est acque ignauit, vt, licet hoc factum in alijs lande dignum prædicent, ipsi nolint vel ex hoc exemplo intelligere quam non difficile sit seruitum excutere, se in libertatem afferere, vel sibi illata morte vel sublati tyrannis. <sup>n</sup> Sed tyranicæ potestates timentur, quia custodijs & satellitijs armantur, dum libertatem vi opprimunt. Quasi vero libertatis studiosis difficile sit scire, sibi datos esse enies, ad iuendam libertatem, ne cogantur seruire. In nullius summa potestate, cum mors in nostra, Steicē. <sup>o</sup> Degeneres itaque & ignavi vitam cum seruiture agant turpe & fortes & nobiles se sua manu in libertatem afferant. <sup>p</sup> Neque bello minus atrociter atque aduerso à Cæsarianis in Africa pugnatum est quam fuerat in Adriatico. In Africa quoque (inquit Florus) pars & virtus & calamitas Curionis fuit, qui ad recipiendam provinciam missus, polo fugatoque Vero iam superbus, subitum Lubz regis adventum equitatumque Maurocum sustinere non potuit. Patebat victo Iuga, sed pugnor suauit, vt amicorum loa temeritate exercitum, morte sequeretur.*

<sup>z</sup> Opitergini.

<sup>a</sup> Minima pars fortitudinis erat motorem oppetere. In ipsa morte militatiter pugnant, ita Grotis qui ex M.S. restituit minimusque cum vulgo legatur minimusque, quod & probari potest.

<sup>b</sup> Quamvis feriat manu sua ipsius mortitimi & ipsa mortem insipient.

<sup>c</sup> Dum ipsi ingulos suos intendant occidentes atque irruentes in sociorum gladios capulo tenens.

<sup>d</sup> Neque minori vi & ferientes adigebant tela, id pectoris loco ducentes vno idu conficeret, neque ingeninare vulnus.

<sup>e</sup> Tabularis ratis,

<sup>f</sup> A se contemp tam.

<sup>g</sup> Octavianos, à quibus quasi victoribus hue retum adacti fuerant.

<sup>h</sup> Emphaticè, sru sensu.

<sup>i</sup> Combutenda se sepelienda Opiterginorum cadavera curauerunt hostes mirati tantu spud suos autoritatis effo Cæarem, tantam milicium in dicem

- q In Siciliam Cau-  
tronem Proprietore  
cum legionibus &  
Cæsar miserat, iussum  
ut cum Siciliam re-  
cepisset protinus in  
Africam traduceret  
exercitum ille, pro-  
fugiente e provincia  
Catone, quartam  
leg. conscriperat, sed  
kopias P. Atij Vasi  
despiciens duas tan-  
tum legiones & D.  
equites transporta-  
vit. Lilybæum Sici-  
lie promontorium  
est, quod spectat A-  
fricam, vii Pelorum,  
Italianum, Pachinum,  
Græciam.  
r Leni & secundo  
vento.  
s Aquariam appu-  
lit à Clupeis M. pass.  
XXII, distanteum.  
haud procul à Cae-  
thagine iam ab ex-  
cidio tertiij bel. Pun.  
modice restituta.  
t Romanis bello &  
pace cognita, vel  
Curioni famâ cogn.  
u Fl. prope Uticam  
mare insuestra.  
